MAJER ISTVÁN

PÜSPÖK ÉS ESZTERGOMI KANONOK

GYÜJTEMÉNYE.

1890.

VEGYES NYOMTATVÁNYOK.

Ivrétü (Folio) **CX.** *dik* **kötet.**

Emlék- és **Tartalom:** *Ünnepi Költemények, felíratok*

---

1. Emericus Szigery: Oda. Memoria praeteritor XVIII saeculorum a martyrio SS. Petri & Pauli apostolorum. A Scholis Piis Pestini 1867.
2. Szigery Emericus: Ode ad Franciscum Josephum quem Rex Hungariae inaugurarent. Pestini 1867.
3. Zur Silberfeier der Silb. Hochzeit Ihren Majestäten Franz Joseph und Elisabeth.
4. Inkle' Steph: Genethlicon Regi Francisco I.o et Carolina Augusta. cum icone. Pestini 1835.
5. Francisco I.o Pestini 1807.
6. 8. Dankovszky Gregor.: Bey der Krönung Maria Ludovica Der Königin von Ungarn. (Görögül is). Pressburg 1808.
7. Denecöffy Ladislav: Compliment al Imperatrice Maria Louise Regie de Hongrie. Salutatio Regiae. Posonii 1808.
8½ Pellet Josephus: Elegia Lugubris Francisci Josephi I. in Sorimi sui in Metropoli Regni adventus Memoriam. Pestini 1852.
9. Pernitsch Adolf: Glückwünsche zur Feier des 60 jährigen Jubil. Sr. k.k. Hoheit Erzherzog Albrecht. Wien.
10. Do Gedenkblatt zur Vermählung-Feier der Prinzen Otto v Oestreich und Maria Josefa von Sachsen. Wien 1886.
11. Do Gedenkblatt zur Vermählung-Feier des Erzherzogs Carl Stefan. Wien 1886.
12 Do Nachruf an verstorbene Erzherzogin Maria Theresia Beatrix. Wien 1886.

13. Alexandro Rudnay Expeditoratus officium feliciter novi anni auspicium precantur. (MNM) Budae 1821.
14. Örömének Rudnay Primásnak nikor Bibornokká lett. (Sieder Fábiántól) Esztergom 1829.
15. Balás Theophilus: Vota Alex. Rudnay dum purpuram romanam recipit. Strigonii 1829.
16. Elenyák Georgius: Ode A. Rudnay dum Agriam inauguratur. Budae 1820.
17. Spew ke A. Rudnay 1820. W Trnave.
18. Rozmlúvání Pastýrow ked A: Rudnay k swému Biskupstwu přistupal 1820. V Trnave.
19. Verse A. Rudnay 1820. W Trnave.
20. J. I. (Juszics Ignác): Kopácsy József hg. Primásnak Ódaliras. Esztergom 1809.
21. Pobozny Zwres: Ode Sr Primati I. Kopácsy 1839. Pestini.
22. Ponori Thewrewk József: Hálaöntedése Kopácsy I. Primás születésnapjai 1845. Posony.
23. Balás Theophil: Ujabb hangok Kopácsy I. Primás hamvai felett 1847. Esztergom.
24. Vota Primati I. Scitovszky. Cassoviae 1849.
25. Citi Pána I. Scitovszky. 1850.
26. Örömland Scitovszky I. bibornoki méltósága megüléskor. Esztergomi v. Benedek r. 1853.
27. Carmen Lauribus I. Scitovszky a Clero Oppidano 1856.
28 ½ Sárvárry Andreas: Vota pia in Memoriam Coronationis XX. Papae Pii IX. 1865.
28. " " Memoriam ad inaugurationem Seminarii S. Stephani Strigoniensis 1865.
29. " " Multei felen Okt. 15. midőn Scitovszky I. az esztergomi Agostonyi Kápt. főtisztté 1865.
29 ½. Ecloga. Cardinali I. Scitovszky.
30. Buday Josephus: Ode Laudibus I. Simor dum gubernium Archiep. capessered. — Posonii 1867.
31. Ode Laudibus I. Simor dum in Purpuratorum S.R.E. senatum adlectus esset a Senin. Alumnis Pesth. 1873.
32. Buday Jos.: Novus jubilus sive Laudibus I. Simor dum purpura sacra ornaretur. Strigonii 1874.
33. Joan. Korán: Ode occasione I. jubilaei 1875 celebrati I. Simor Cardinali. — Nitriae.
34. Vigasági ünnepély Simor I. bibornok 50 éves áldozári jubileumára. th. tanéli főigyrun. N. Szombatban.
35. Carmen Sapphicum Josepho Ca Battyán et Eppo Colocensi decantatum a Collegio Reformator. Budissae 1780.
36. Carmen Josepho C. a Battyán Gymnas. Bistricense 1780. Bistriciae.
37. Szegedy Ernestus: Carmen Laudibus Stephi Ladislai Pyrker Eppi M. Varad. quum munus suum adiret. 1869. Pesth.
38. Ode Laudibus Georgii Schopper Eppi Posnaviensis dum consecraretur 1872. a Collegio Sapientiae Viennae
39. Páky Ede: Örömhangok Meskényi Gyula szatmári püspöki székfoglalásakor. 1888.
40. Ode Laudibus Julii Meskényi Eppi Szatmár. dum consecraretur a Conv. Soc. Jesu 1888.
41. Rosty Kálmán: Az örök visszhangja Meskényi Gyula szatmári püsp. főtisztelésekor. Kalocsa 1888.
42. Örvendezés B. Perén Imre N. Szombat nevenapjára. N. Szombat 1818.
43. Buday Jos.: Vestigal venerationis Duo Jos. Burgath dum in Eppum consecrarentur. Tyrnaviae.
44. Budavárry Josephus: Ode Laudibus Stephani Majer Eppi, dum opus scriptor Annum 50 jubilans ageret. Strigonii.
45. Inscriptiones Mobimentum Arcis Strigoniensi 1824.
46. Ponori Thewrewk József: Epigrammák az esztergami új egyházr. 1856.
47. Ney Ferencz: Udvard sz. ünnepélyére óda 1860. Pest.
48. Anyos Pálnak a bpesti egyetem 1780ban: ujjáalakításakor megjelent Köszeménye. — Pest 1880.
49. Zur Feier der gold. Hochzeit Ignaz und Therese Gerstle. Wien 1885.
50. Komáromy József: Álom a Valóság, a bpesti I Ker. Polgárok megnyitásán Köszemény.
51. Petro Clementi Mangez Missionario jubilanti 1875. Spalato.
52. Vajkovszky tiszteletet a gondviselésnek Esztergomnak a Tűzvészből 200-dik születési emlékezet. 1883.
53. Vrábely Georg. advocatus salutat Primatem per P. Seredini sub prandio 1868. (MNM.)
54. Oromasticon Josepho Rendek Canonico Strigonii 1874. (MNM.)
55. Csimer Georg. officialis militaris. Aleinus Fedivirum Flora et Bonna auctor Jos. Rendek. Tata (MNM.)
56. Pauli Szabó Canonici Strigoniensis. Saeculo 19no denati Carmina. (MNM.).

MAGYAR E.M.K.

MEMORIA

PRAETERITORUM XVIII. SECULORUM

A GLORIOSO MARTYRIO

SS. PETRI & PAULI

APOSTOLORUM

GUBERNANTE

SANCTAM ECCLESIAM CATHOLICAM

[illegible]TISSIMO PAPA PIO NONO

GRANDI REIPUBLICAE CHRISTIANAE

LUMINE ET COLUMINE

A SCHOLIS PIIS

PROVINCIAE HUNGARIAE ET TRANSILVANIAE

REPETITA

III. CALENDAS JULIAS

MDCCCLXVII.


PESTINI.

TYPIS JOSEPHI KERTÉSZ.

1867.

Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam,
et portae inferi non praevalebunt adversus eam.

Matth. 16, 18



Aeterna caelis vincula colligant
Romam, suos quid dinumeret dies
Annosve? mundi quam perenne
Esse decus voluere Divi!

Futura quondam Christiadum gregi
Turris salutis, nomen in ultimas
Latura terras, alta septem
Collibus haec domitrix resedit

Orbis, tropaeis inclyta, iuraque
Legesque victis ponere gentibus
Adsueta, sceptro quas potenti
Imperium tenuit Latinum.

Ferax virorum, quos bene Martiae
Claravit artis cognitio, sibi
Nutare fecit, quod stupescas,
Et Rhodopen et amoena Tempe

Laurosque Cynthi; tum pharetris graves
Parthos, et ipsos, fulmina bellica,
Poenosque Gallosque et natantes
Oceano undisono Britannos

Unis revinxit legibus, et locis
Divisa iunxit, collaque ferrea
Inflexit usu, barbarorum
Perdomitos cohibens lacertos.

Sic Roma, mundi facta caput, Patrum
Virtute magna maxima creverat,
Ac iura terris atque apertis
Aequoribus dabat ampliora.

Et firma stabant iura, quoad scyphus
Parcas adesset faginus ad dapes;
Quando voluptas, a Sabinis
Et Gabiis procul acta, prisca et

Verenda Romae limina nesciit;
Quando Camilli et Fabricii graves
Rempublicam rexere mores,
Scipiadumque animosa virtus.

Inversa rerum sed facies fuit,
Postquam procaci sustulerant caput
Nisu nefandus luxus, audax
Impietas scelerumque turma.

Furebat aevum turbine et horridis
Dirum procellis, templaque candidae
Mox Faustitatis, tetra turba,
Multiplices subiere pestes.

Perdives haec Urbs ipsa sibi viam
Stravit, paratam per vetitum nefas,
Declive qua ferretur, uno
Praecipiti ruitura casu.

Sed verus orbis, qui pater est, Deus,
Qui regna et urbes et mare temperat,
Divosque mortalesque turbas
Imperio regit unus aequo,

Misertus orbis, ne male perderet,
Quam gestat, altae mentis imaginem,
Fatoque tristi caederetur
Victima nil miserantis Orci:

Subvertit ultor, quae malefida mens
Humana, rerum ludicra imagine
Delusa, falsorum deorum
Ipsa sibi simulacra finxit;

Iovis rapaces dispulit alites,
Illisque signum substituens crucis,
Immane probrum, iam regentum
Esse decus voluit coronis.

O crux! ave, spes unica principum,
Et subditorum sola beata sors,
Quae pacis aeternae virentem
Terrigenis dederas olivam.

Per te propago Numinis unica,
Palma decorus, scandit ad aethera,
Imbresque fundit gratiarum
Mellifluos, Acheronte clauso.

Per te salutis lumen ad Indicas
Dimisit oras, atque potens suae
Praecepta doctrinae secutis
Sidereas reseravit arces.

Amplexus est te, dogmata quem sui
Fassum magistri nec genus hoc necis,
Nec vultus instantis tyranni
Insolito quatiunt pavore.

Tormenta durus ferre vel ultima
Ardore veri, propositum minis
Obvertit, atroci Nerone
Fortior, indocilisque flecti.

Terroris expers, cedere nescius
Petri a petra non immerito trahit
Insigne nomen, grande semper
Sedibus et Stygiis tremendum.

Doctoris alter nomine gentium
Illustris, altae flamma scientiae,
Qui regna per diversa Christum
Transtulerat, vehemens ut Eurus:

Quanquam sciebat, cum socio simul
Quae se maneret sors; tamen haud secus
Ac laureatos Sulla fasces
Ipse necis petiit securim.

Super praealta tamque adamantina
Petra resistet Christiadum cohors
Cunctis procellis, firma in aevum
Consolidataque sempiternum.

Aeterna caelis vincula colligant
Romam, suos quid dinumeret dies
Annosve? mundi quam perenne
Esse decus voluere Divi.

Emericus Szepesi,
e Scholis Piis.

BIBLIOTHE... E.M.I...

2

ODE

AD

SACRATISSIMAM MAIESTATEM

FRANCISCUM JOSEPHUM

AUSTRIAE IMPERATOREM

QUUM

RITU SOLLEMNI ET STATO

REX HUNGARORUM

APOSTOLICUS

BUDAE INAUGURARETUR

A SCHOLIS PIIS

PROVINCIAE HUNGARIAE ET TRANSILVANIAE

SEXTO IDUS IUNIAS

MDCCCLXVII.

PESTINI,
TYPIS GUSTAVI EMICH, ACADEMIAE SCIENTIARUM HUNGARICAE TYPOGRAPHI.
1867.

Audiet cives acuisse ferrum,
Quo graves Persae melius perirent,
Audiet pugnas, vitio parentum
Rara, iuventus.

Horat. Carm. Libr. I. Ode 2

BIBLIOTHECA E.M. STRIGON



Ingens praealtis emicuit Tuis,
Auguste Caesar! sidus honoribus,
Dum laureata fronte Divi
Iam Stephani diadema tollis.

Crevere primis temporibus Tibi
Lauri, coronae, laudis adorea,
Quum cera mollis fingerere
Tot populis columen futurus.

Crevere tunc spes Hunniadum, Tibi
Quum iuniori, Concilio Patrum
Gratum locuto, dulciora
Melle fluunt Asiana verba.

Mens alta rebus nata perarduis,
Cor, subditorum cura cui salus,
Nil praeter excelsum et salubre
A tenero meditantur ungui.

Formidoloso fata sed omine,
Quandoque saevo laeta negotio,
Ludo insolenti praestitutis
Consiliis truculenter obstant.

Dum Tu benigna temperie tuos
Beare pergis pacis et artibus;
Bellona vesanusque Mavors
Praecipiti rapiuntur aestu.

Odere pacem iam senio gravem,
Caecoque versant tempora turbine;
Omni quod Europa vigebat,
Cardinibus removent vetustis.

Foeda reducunt in chaos absonum
Orbem figura, terribilis cohors!
Nec sceptra regalesque vultus
Respiciunt, nec asyla legum.

Vires novato foedere viribus
Gentesque iungis gentibus integras;
Heu! mille queis artes nocendi,
Dissociant animos Erines.

Iam Mars cruentum stringit acinacem,
Pingues amico sanguine lividus
Portendit enses, plumbeoque
Undat agros populosque nimbo.

Sat esse saevitum in sua viscera
Mones natantes sanguine Gorgonas,
Orco appropinguantes hianti,
Ni tumidas moderentur iras.

Tamen tremendum classica personant:
Ferrum propinguo mergere pectore;
Quum, voce nequidquam monente,
Gorgoneum fodis ipse monstrum.

Ira ut corusci corruerat Iovis
Audax Gigantum, quum peteret deos,
Stirps: concitatas sic catervas
Imperio subigis potenti.

* * *

Pax, sive malis, triste silentium,
Pax ipsa bello deterior subit:
Attrita lugent iura fractis
Nobilibus proceres remisti;

Ipsique cives, indocili iugum
Collo trahentes, questibus omnia
Complent, nefandum fulminantes:
Ferrea nunc rediisse secla.

Squalebat omnis tunc facies; pari
Tot corda marcent languida vulnere:
Gens Hungarorum magna, Daci,
Romulidae, Croataeque et Austrii.

Ferale carmen fregerat aethera,
Nunc ars periti docta Machaonis,
Nunc fortiores herbae opus sunt,
Auribus ingeminans supremis.

Primis opem fers, sanguine quos Tibi
Sors vinxit Austriis, sed sine proximae
Cura sororis, quae iacebat
Disparibus nimis usta votis.

Aurata quamvis vincula Te ligent,
Praepes Vienna Te Tibi surripis,
Quo Te aequitatis portat ardor,
Iustitiae meliorque flamma.

Deliberata iam raperis via,
Cursuque pernix tendis ad Hungaros,
Artis coronandus tropaeis,
Saucia qua medicere corda.

Gens omnis omni se glomerans loco,
Inter rigatas uberibus genas
Guttis, rosarum fundit imbrem,
Et liquidum tonat ore: Salve

Spes Hungarorum, Vindobonae salus!
Tui Te anhelis iniice brachiis,
Tu condolendae cerne Gentis
Pectora, tot temerata plagis.

Sunt verba grandi grandia pondere,
Quae mente Caesar clauserat intima
Hac sede multo digniore
Quam memori statuenda cedro.

* * *

Prodesse multis prima potentiae
Et summa laus est; propria sed Dei
Prodesse cunctis; nec minores
Caelicolas manet iste splendor.

Reges (inhalat spiritus) hoc habent
Commune Divis, credita quod sibi,
Cura fideli, iure, lege
Regna beent, populosque multos.

Mox Caesar aequus, non sine numine:
„Cur non precanti pronior affluam
Genti, sereno demque ab alto
Purpureos radiare soles?

Cur non nitescat Iustitiae forum,
Et stet vetustis legibus hic honos
Per rura et urbes, curque priscum
Tempora non redeant in aurum?

Iam fetus Ister nectare, Carpati
Manent nivosi iam iuga balsamis,
Visatque campos alma flavis
Usque Ceres redimita culmis.

Adeste, fidens Hunniadum genus,
Quosquos avitae gloria praedicat
Virtutis, invicti vigilque
Imperii studium serenat.

Fas esto vobis consiliantibus
Verum tueri tum patriae decus,
Tum colligatis celsa Iusti
Moenia constituisse regnis.

Vos, Martiali corpora spiritu,
Devota pectus forte periculis
Opponere, et, quando vocat res,
Per medias properare flammas,

Vos vos feraces consilii boni,
Et promovenda ad publica commoda
Natos Solones, et fideles
Austriadum Pyladas probate.“

* * *

Confusa rerum sicuti semina
Rudesque moles principio Deus
Digessit aeternus, regitque
Omnibus haec sapienter horis:

Prudentiae sic numine percita
Gens Hungarorum cum Patriae Patre
Aenigma solvunt iuris, aequas
Ad Themidis revocando lances.

Iam fas et aequi prisca severitas
Candorque morum iam rutilantium
Curru quadrigarum beato
Pannoniam repetunt Olympo.

His illigatur Iustitiae comes
Stellata frontem prospera Faustitas,
Et iuncta pompae Sanctionis
Pragmaticae rediviva secla.

Spectatis, an quis sit Genius poli
Venturus oris? iam diademate
Sacrata Franciscus Josephus
Tempora stat redimitus almo,

Equoque fertur, qui generosus et
Gemmis coruscus flectitur aureis
Spumans lupatis, igneos dum
Spirat anhelitibus dracones.

Sessore tanto rite superbior
Clivum efferatur vincere regium:
Rex unde formidanda iactet
Hostibus undique Gentis arma.

„Et iam quaternos vibrat in angulos
Clivo repostus, more Patrum sacro,
Ensem, haud inani regna signo,
Vaticinor, sibi destinabit.“

Stent gloriosi propitio Deo
Rex Hungarorum, Natioque Hungara!
Dent iura, leges, sempiternam
Dent sociis populis salutem.

Emericus Szepesi,
e Scholis Piis.

BIBLIOTHECA E.M. STERCZ

3

Ein flliegend Blatt

Zur Jubelfeier der silbernen Hochzeit
Ihrer Kaiserlichen und Königlichen Majestäten,
FRANZ JOSEPH und ELISABETH
unserer Allergnädigsten Förderer und
Protectores
vom
Festwagen der allezeit getreuen und ehrsamen
Buchdruckerzunft herabgeweht am fünfundzwanzigsten Tage
des Ostermonats im Jahre des Herrn Achtzehnhundert
siebzig und neun.

VIELDIE Herrn und Frauen zart,
Ihr Festgenossen, dicht geschaart,
Nun wendet Euer Aug' und Gunst
Auf uns Meister und Jünger der Buchdruckerkunst!
Wir sind gewohnt, zu allen Zeiten
Der Menschheit kühn voranzuschreiten;
Heut haben wir uns hintangesetzt
Und denken, das Beste kommt oft zuletzt. —
Was unser Wagen hat aufgeladen,
Sind Früchte von des KAISERS Gnaden:
Schaut hier den mächt'gen Bau der Presse,
Der Geisterschmiede Feueresse;
Zu lichter Gluth ist sie entfacht,
Seit sie der Kaiser FREI gemacht!

Er selbst ist unsrer Kunst verwandt:
Er zeichnete mit sichrer Hand,
Als er in seinen jungen Jahren
In's fremde Land ist ausgefahren,
Viel Steindruckbilder, wir haben sie noch
Und halten sie werth und schätzen sie hoch;
Wie drängte um sie sich der jubelnde Trupp,
Als jüngst wir sie zeigten im „Graphischen Club“
Und RUDOLPH, seinen erlauchten Sohn,
Den rechnen wir ganz zu den Unsern schon!
Nicht brauchen wir länger forschend zu fragen
Nach seinem kühnlichen Wetten und Wagen;
Er hat's uns geschildert schwarz auf weiss,
—Gleich Theuerdank, der Ehren Preis—
Wie fern in's Ungarland er schiffte,
Den Aar zu erlegen, den König der Lüfte,
Und wie er sich labt in Wald und Flur
An dem Trunk aus Gottes freier Natur!
Solch edles Thun erfreut uns bass,
Wir wollen es preisen ohn' Unterlass.

Und nun noch ein prophetisch Wort!
Wir sehen schon am gleichen Ort
Nach nochmals fünfundzwanzig Jahren
Die Presse wieder des Weges fahren;
Dann weht fürwahr von dieser Statt
Nicht nur ein einzeln fliegend Blatt:
Aus tausend emsig bewegten Händen
Wird reich man unsere Gaben spenden,
Und Blätter und Blättchen, klein und gross,
Fallen gleich Blüthen Euch in den Schoss;
Da droben aber, im Silberhaar,
Thront unser geliebtes Kaiserpaar,
Und brausend schallt es zur doppelten Feier:
FRANZ JOSEPH hoch, der Presse Befreier!

Genethliacon

AUGUSTISSIMO REGI

FRANCISCO PRIMO

nec non

Dilectissimae Consorti Ejus

CAROLINÆ AUGUSTÆ

SIC faVstI VIVVnt ReglnI DVo LVMIna CLara;
Vt stVDIVM paCIs VIgeat bInIqVe CorVsCent.



in juge pietatis ac venerationis

MONUMENTUM

[redacted]

Auctore et Compositore

STEPHANO ANKLÉ

I Tabulæ Regiæ Judicis

Jurato-Notario

Diebus 8. et 12. Februarii 1835 oblatum.

Dum me Daedaleae stimulant molimina mentis,
Regalis versu psallere Facta Throni.
Austriadumque atavi Sceptri fulgore decoram
Stirpem, promeritis concelebrare modis.
Blandior ipse quidem prima mihi fronte facetus,
Dignis me REGI posse litare metris.
At si Cecropia donet me Gloria svada,
Aut tribuas undas Fons Aganippe sacras.
Incassum! Audaces Solii inter limina adhaerent
Regalis, passus; mens quoque vana stupet.
Ac ut praecipiti, dum corruit Icarus axe,
Attentans propius cernere Plaustra Poli.
Nil minus ipsa Camoena in vili cespitat alga,
Barbyta muta silent, fissa cicuta jacet.
Reddere quum casso tentat conamine Laudes,
Sive TUAS o REX! seu CAROLINA TUAS.
Virtutum Laudes inquam, et Sacra Stemmata VESTRA, et
Nomen Apostolico sangvine Utrumque datum.
Attamen a coeptis vereor deflectere Musis;
Lactor enim VESTRAE spe bonitatis ovans.
Immodicis igitur parce ausibus Inclite Caesar,
Ac humiles facili protege corde preces.
Aspera ridebo saevae tunc vulnera sortis,
Tunc celeres volvet compta Thalia rotas.
Castalis unda dabit fervoris plurima signa,
Vocalique strepent conscia tesqua chely.
Flectiminor precor o! Regalia pectora Votis;
Et praebete mihi jus, Lituisque locum. —
Ut taceam FRANCISCE invitus cetera; primum est:
Justitiae Studium, et Religionis amor.
Sollicitudo Viris dare praemia Marte coruscis,
Tum constans Regni pax, populique salus.
Haec Tibi devoto assiduo versantur in ore,
His desideriis intima sensa foves.
Es FRANCISCE pius PRINCEPS! clemens, sapiensque;
Consilio magnus, Judicioque gravis.
Ecclesiae Sanctae Matris sacra, firma perennat
Ancora Principe TE! Schisma, dolique silent.
Princeps tranquilli TU Justitiarie Regni,
Largiris meritis, ac moderaris opes.
TU vero in miseros PRINCEPS AUGUSTA, Benigna!
Hyblaeo es merito condecoranda thymo.
Idaliis comenda rosis TUA Tempora, et oris,
Octaeae par est gratia tanta Deae.
Tangit egenorum Tua, commiseratio summa
Viscera, pronaque fers balsama laetitiae.
Denique permultas alias Monumenta loquuntur
Praeclaras dotes, splendida Facta, notas.

Si juvat historicas percurrere mente tabellas,
Notitiam poterit plena papella dare.
Justitiae fuerit Pylades quis primus in Orbe?
Christiadumque sacri, quis Stator Imperii?
Constantinus erat. Nam multa salubria primus,
Ad Studium Latiae contulit Ecclesiae.
Proximius vero Regem Stephanum veneramur
Plurima Virtutum Facta dedisse pium.
Bistonias armis poterat qui frangere gentes,
Vicit et infestos is probitate Getas.
Virtus ipsius phrygios superasse Daretes
Dicitur, et monstri spicula Tartarei.
Hinc prôut horum: sic rutilans pariter TUA Virtus!
Illustrat totum, qua patet Imperium.
Sic TUA devincit Virtus FRANCISCE Monarchas
Innumeros, dulcis speque quietis alit.
Denique sexcentis aliis missis; nitor Orbis,
Unus es Hunniaci maximus; atque salus
Cuncta gygantaeas procul exsuperare videntur
Vires, AMBORUM grandia Facta simul.
Tramite Virtutum quae perfecistis in almo,
Herculeis gestis, aequiparanda reor.
Sive etenim FRANCISCUM, AUGUSTAM seu CAROLINAM
Cernimus, AMBO Poli clarius axe micant.
Nam veluti primas tenet inter sidera partes
Sol: ita Stirpi Almae (Maxima Taeda) nitent.
Virtutes QUORUM, ipse promulsidis instar amoenas,
Angelus aethereus, cordaque cara fovet. —
Hisce fatiscens iam Virtutum ast Laudibus, ipsam
Natalem cupio, concelebrare Diem.
Gratius hac fateor Vati nil accidit unquam, et
Dulcius, ac hodie plaudere nemo valet.
Eheu forte mihi quoque laeto fulmina, et ignes
Pectus in accensum Vaejovis ipse jacit.
Ardor enim tantus recreat penetralia cordis,
Ut fatear cunctas incaluisse fibras.
Exultans, inquam quatit artus ardor amoris,
Ossibus in calidis quod phlegetonta putem.
Namque datur mihi quae modulandi copia, sane
Transcendit cunctam nomine, reque fidem
O! Lachesis vitae AUGUSTORUM extendito fila,
Inque retardatos duc sine lege chronos.
Vivite donec erit Pallantias aurea olympo, ac
Explicat auricomos nocte silente sinus.
Et certo Virtus etiam post fata nitescet
AMBORUM, Fastos perpetuosque petet.
Crediderim has Virtutes Successoribus almis
Regali in Solio, pro cynosura fore.
O! dum mortali claudentur corpore sensus,
In VOS sincerus, perpetuabit amor.
Vivito ter sospes REGINA AUGUSTA per Annos
Nestoreos; similes ac sine fine Dies!
Natales inquam celebra sine limite Soles!
Id resonant versus, hoc Helicona vovent.
Vive peraeque veges per Secula MAXIME CAESAR!
Rara salus Patriae, Deliciumque TUAE!!!

Fundite de pl**E**no pia Musae C**A**rmina Corn**V**!
Rursus namque nite**T** Lux, Nataliq**U**e . . Die**I**
Arridet Phoebus, dul**C**i sacra **G**argara . sens**V**
Nostrates Reges, t**A**mquam duo L**U**mina . clar**A**
Concelebrare a**R**dent, et tu quoque **S**isyphe . Nume**N**
Ipsum in Vota m**O**ves Divinum; u**T** plurima vivan**T**
Secula Aposto**L**ico creti de s**A**ngvine REGE**S**,
Claripotens Franc**I**scus . . **D**iva cum Carolin**A**,
Utpote utrumque **N**itens felici s**I**dere Nome**N**;
Sacra charismat**A** Vos oh! salvent N**U**minis . alt**I**!

Austriadum excelsae clarissima Gemma Propagis,
Pannonidumque Decus: FRANCISCE! Diespiter Almum
Cum CAROLINA AUGUSTA Quem (proh svavia fata!)
Vinclo Conjugii Sacro — conjunxerat altus;
Sic Tua Natalis f**V**lget Lux, cum CAROLINAE
AUGUSTAE parili, ut popul**I** praecordia sensu
Laetitiae flagrent comm**V**ni, celsaque Pindi
Culmina sacr**A**ti, dulces testentur eidem
Affectus; nam FRA**N**CISCUS, CAROLINAque Consors!
Lumine Virtutum **T**anto, integritateque Vitae
Conspicui, id Regalia Sceptraque jure reposcunt; —
Clare igitur multos o! Stirps Lotharingica in Annos,
Austriacaeque Domus Dignissima vive Propago!
Te FRANCISCE beet Divini Dextra Patroni;
Te CAROLINA Trias Sanctissima servet in Aevum!!!

PESTHINI,
TYPIS TRATTNER-KÁROLYIANIS, in platea dominorum 612.

BIBLIOTHECA E.M. SZEGED

PRINCIPI. INCOMPARABILI. PIO. AVGVSTO. P.P.

FRANCISCO. PRIMO.

AVSTRIO. CAESARI. ET. REGI. APOSTOLICO.
OPTIMO. VNICO.
VTRAQVE. IN. FORTVNA. BELLI. PACISQVE. TEMPORE.
INSOLITAE. VIRTVTIS. ET. RARAE.
AB. INIMICIS. ET. HOSTIBVS. ADORATAE. ETIAM.
FERREO. ET. ADAMANTINO. AERE. CORDA. HABENS. SVBDITORVM.
CINCTVS. INSVPERABILI. IDEO.
SVA. FORTVNA. MAIOR. FORTIS. VT. MARPESIA. CAVTES.
A. THRONO. POSITA. PVRPVRA. ORNATVQVE. POMPAQVE. REGIA.
DIADEMATEQVE. SACRO.
AD. PVLVEREM. SCHOLASTICVM. ET. BALBUTIENTES. VSQVE. SE.
MAIESTATEMQVE. SVAM. DEMITTENTI.
SOLI. VNICO.
PATRI. PATRVM. AVOQVE. NEPOTVM.
GENTIS. SVAE. HVNGARAE. DELICIIS. AMORIBVS.
OCTAVIO. TRAIANO. TITO. VESPASIANO. THEODOSIO. EXTERIS.
CORVINO. LVDOVICO. SIGISMVNDO. FERDINANDO. M. THERESIAE. SVIS.
AEMVLO. VIRTVTIS. FIDELI.
CVM.
SVCCRESCENTEM. PVBEM, PATRIAM. ET. FVTVROS. CIVES. IN. GERMINE.
IOSEPHO. PRINCIPE. FRATRE. PRO. REGE.
MEDIATORE.
COMITE. LVSTRARET. PESTHI. MDCCCVII.
PRO. HOC. EXCELSO. DONO. AETERNAE. NOBIS. MEMORIAE.
DIRECTOR. GYMNASII. PESTHIENSIS. DOCTORES. IVVENTVTIS.
ET. IPSA. PVBES. SCHOLARIS.
PEDIBVS. ADSTRATI. PII. CAESARIS. REGIS. VT. PATRIS. SVI.
TENERRIMO. PIETATIS. SENSV.
DVPLICES. AD. SIDERA. TENELLAS. TENDENTES. PALMAS.
NVMENQVE. DEPRECANTVR. LITATVRI.
VT.
AVGVSTVM. PATREM. ET. TANTVM. PATREM.
TER. FELICEM. TER. TRANQVILLVM. TER. VEGETVM.
CVM.
CELSA. STIRPE. SVA. ET. DOMO. AETERNA. AVSTRIACA.
NVMEN. OPTIMVM. AD. VLTIMAM. AETATEM. SECVLORVM.
IN. ABNEPOTIBVS. PERENNARE. FACIAT. PER. OMNE.
AEVVM.

Et spes, et ratio Studiorum in Caesare tantum,
Solus enim nostras hac tempestate Camaenas
Respexit! — — Iuvenalis - - S. VII.

6 56 A. N. 2.

Εἰς

ΤΟ ΣΤΕΦΕΙΝ ΤΗΝ ΤΗΣ ΟΥΓΓΑΡΙΑΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΝ

ΜΑΡΙΑΝ ΛΟΥΔΟΦΙΚΗΝ

τὴν τῆς Αὐστριαδος ἡγεμονίδα.

Bey

der Krönung

Ihrer Majestät

der

Kaiserin von Oesterreich

Maria Ludovika

zur

Königin von Ungarn.

Von

Gregor Alois Dankovsky

Professor der griechischen Sprache und Literatur an der königl. Akademie zu Preßburg.

Preßburg 1808,

Gedruckt bey Georg Aloys Belnay.

Und aus der Willkühr tratt der Wille,
Der Mensch mit der Vernunft, der freye Mensch, hervor,
Der Wildniß gleich, die sich vor ihm in eine stille,
Sanft aufgeblühte Flur verlor.
Da ward das Recht. Es stieg empor zum Throne;
Wie ein Gewissen, sprachs zum Volke dort herab,
Und die Vernunft gebot. Sie war es, die die Krone
Der Majestät, dem Rechte gab.

C. A. Tiedge's Urania 6. Gesang. 78 — 85. v.

Ἐυθροδακτυλ' ἠοῖ, χαίρων
σκιωδέων των τη νυκτι σκεπωμενων
ἐξυβρισαν παθ', ὡς καλη ἐηγερου τοτε
τους μελυχροτα ἀκηκοσι σους
σκοτος σπερχουσ' ἐξ ἀγρους μορφωσ'
ὁ τω βιαι μαχησατ' ἀλληλους,
ὁ δ' ἀσθλος ἀκριτος πεπεθ' ἀλους!

Des Tages Schöpferin, entschwebend
Der Schattenflur der grausen Nacht,
Wie herrlich, lächelnd und belebend
Erwachtest du in deiner Pracht,
Als du mit einem milden Strahle
Das Dunkel brachst im düstern Thale,
Wo Kraft und Kraft zusammenstritt,
Wo im Gewirr die Unschuld litt.

Νεφος πισσωδες εὐλιας χυτον φλογας
ἐξ οὐρανου κρημαμενον δομους
ἐμορμυλωττεν' ἀπαντων, τοπῳ
ἐν τῳδε ηγε καλα και ἡμερα
ἐλαμψαν, εὐδεκωσεν' ἀληκτοις
φαεσφορους δε σου βλαστης παγχρυσου
κλαδους συν ἑρπουσ' ἐκ του τιον
ὀρῳ μαχον περουγε νυξ κακη.

Und über dem ein Pechgewitter
Verderbensflammen gießend, lag,
Wo nie dem nächtlichen Gezitter
Entküsset ward ein holder Tag.
O kaum entrieselt deinem Schimmer
Ein mildes liebliches Gestimm—
Du zieht mit blutigem Geschoß
Die Schwärze aus des Thales Schooß.

και ὁ χαος των ἑωιων χερσιων
ἐλλαξεν εἰς πεδιον ἀνθεων
ἡ, τη ἡδυσμενη κλιμβωσαμενη,
και ἡσυχ' ἀνεστηθη ἐκ του
φοβητρου. Γαληνιασας δε του
θυμου ἀπο μυριων καρδιων
λαιμων τε μεγ ἡδ' αὐδη·
Ἐπιλεγομεν τινα βασιλεα,
ηγεισθω το της ἀδικιας ἀντειχυμα!

Die Wüste wird zu Blumenauen,
Sie schwimmen hin in Wonneduft,
Und Ruh enthebet sich dem Grauen,
Des stillen Geistes Stimme ruft
Aus tausend Herzen, tausend Kehlen:
„Wir wollen einen König wählen,
Es stehe auf die Scheidewand
Des Unrechts und des Rechts im Land!"

Λεγ', τοθ' ὡς ἐκ τινος πηγης
ἀνεβλυζε ἡ ἐλευθερια τοις ἐν στηθεσι
περιβρομητη τω καλῳ φωτι,
αὐτη δ' ἐιτεν' ἐχυεν μεγα
προς τας ἁπασας συμβορας·
τους γαρ βροτους τιθησι ὁ βασιλευς
ἐλευθερους, ἀπλος μεν βαδιζει
ἡ ἀρετη τοθ', ἡ δε κακη ἀθεσμια
κτοηθεισα φοβειται τον της ἀρετης
ποτιον ὠπα.

Vernunft? da sprang wie eine Quelle
Die Freyheit in dem Busen auf,
Und sie umfloß die schönste Helle,
Das Pfand für jeden Zeitenlauf;
Denn durch den König wird man freyer,
Die Tugend wandelt ohne Schleyer;
Das scheue Laster bebt zurück,
Und flieht der Tugend hehren Blick.

Ἀλλ' ὁ της Οὐγγαριας λαος μεγας
ἀκτινοτος ἐπ' αει ὠν θαλλωσσουσι
εὐδαιμων ἐν τῃ εὐδιᾳ
χαιρων ἐπι τῳ της Αὐστριας σκηπτρῳ,
ὡς ηρας ἐν καθαρῳ μεθυ
τα κλυδωνια περι την ῥοδωνιαν
περιαλειβεται οὐτω μεν
το αἱμα αὐτου ἐν τοις στηθεσι
τοις μεγαλοφρονεσσι.

So blickt der Strahl in höchster Fülle
Auf Ungarns edle Nation,
Sie wogt, wie auf des Meeres Stille,
Dahin beglückt durch Oestreichs Thron.
Es rieselt, wie am Rosenhügel
Die Welle in dem reinsten Spiegel,
Ihr edles Blut in edler Brust,
Der Großmuth und der That bewußt.

Ἀρτι ὁ εὐδαιμων αὐτου ἱπτευτο
ἀποπτερυσσομενος μετα πειρᾳ
Ζεφυρου ἐπι του της Ἀστραιας βωμου
προς την της Αὐστριαδος σεμνοτητα.
Στας προ του βασιλειου θρονου
ἐλαθη και το ἱερον στεφος ἐδειξε,
ὁ ἐκ παλαιου δοξα του λαου ἐτυχε·

Erst schwang ihr Genius den Flügel,
Und wallte hin an Zefors Hand
Sich nahend zu Asträens Hügel,
Zur Majestät in Oestreichs Land.
Er neigt' sich vor dem Königsthrone,
Und wies hin auf die heilge Krone,
Die seit dem grauen Alterthum
Verblieb des grossen Volkes Ruhm.

Das

τὸ δ' ἐπος διαπεσσε το των ὑδεντων ἐρεπς
ἐκ του κατωθεν θυμου ἐβλαστε
ὡς ἡως ἀκραιφνες ὀν
και ἀρτι ὀυλιτου ὑποκρισεως·
Ὑψιστε βασιλευ, ὁ ἰὐδεμιων ἐιπε,
ὁ της Οὐγγαριας λαος ἐκλεκτος
την σην ἀκουσαι σεμνην στιφειν
μ' ἐστειλε προς τον σον θρονον.

Das Wort, das seinem Mund entwehte,
Quoll aus des Herzens tiefstem Kern,
Rein war es, wie die Morgenröthe,
Vom niedern Heucheltone fern:
„Erhabner König! kindlich Sehnen
„Der Gattin Majestät zu krönen
„Belebet Ungarns Nation,
„Sie sendet mich vor deinen Thron."

Ὁ νηπιος μην ἰεται της μητρος,
αὐτης ἐμε το φιλον χαριεν τε
βλεμμα ἐν ὀλβιον ἐθηκε.
Ποῦ δ' ἐστι βελτιον, ἡ ἐπι των της
μητρος κολπων; ὁ φιλος θιλος
τῳ ἀνθινῳ ὑσματι χεωμενος
ἐλπιζει καλα πεδια.

„Der Säugling fühlt ein wonnig Streben
„Nach seiner Mutter in der Brust,
„Die Liebe giebt ihm neues Leben;
„Ein jeder Blick von ihr ist Lust.
„Wo ist so wohl, wie in dem Schooße
„Der Mutter ist? Da schwebt der Sproße
„Im sanften Blüthenregen nur
„Ihm lacht der Hofnung schöne Flur."

Ὡς ἐιπων εἰδε χαριν τιν βασιλειῳ ἐμματι
ἀμφιχουμενην, ὁτι Οὐγγαριας λαος
εὐ'χεται τον βασιλη' εὐτυχοντα.
Νυν δε της καλης ἡμερας διαλαμψασης
αἰθερι πορφυρειῳ ὁ βωμος ἐστι
ἐστολισμενος, και οἱ ἀγγελοι
σημερον ἀκολουθουσι.

Er sprachs; man sah die Huld aufblühen
Von Innen in des Königs Blick,
Daß Ungarns edle Herzen glühen
Für Franzens stetes Wohl und Glück.
Der grosse Tag ist aufgegangen,
Der Weihaltar ist überhangen
Mit ätherischem Purpurroth;
Heut stehn die Engel zu Geboth.

Τις ἐμε ἀγγελος τῳ εἰδει καλλιστη
MARIA βασιλεια της Οὐγγαριας ἐσεται.
Τα δε παντες εὐτυχιας μεσοι
οἱ της Οὐγγαριας υἱες αἰσθανονται·
ἡ ἐμε μητροφιλια ἐκ της ἀγαθοφυιας
ἐπιγιγεται, οἱ δ' Οὐγγροι ἀγαθυνονται.

Ein Engel in der schönsten Hülle,
Marie, wird Ungarns Königin;
Dieß Glück empfind't in seiner Fülle
Nur Ungarns edler Kindessinn;
Denn nur dem unverderbten Triebe
Entkeimt die Kraft für Mutterliebe
In Ungarns Herzen fließt es hell,
Und rein wie in dem Felsenquell.

Ἀρα ἡλικοπις MARIA βλεπει
ἡδυγελως της σεμνοτητης ἡλικωζουσης.
Παντες τουτο καλλος σεβομενοι
εἰπουσι· χρονος ἐστω ὁ της
MARIAΣ βιος, ὀλβοφορος τε
τῳ διατριβει βασιλει! Ταυτα δ' ἐυχομενος
ὁ λαος πεπτωκε μελος.

Mariens Blick entlächelt Milde,
Die Majestät wird liebevoll;
Man bringt dem herrlichen Gebilde
Der allertiefsten Achtung Zoll.
Maria soll recht lange leben,
Des besten Königs Glück erheben,
Dieß wünscht des Ungars edle Brust,
In diesem Wunsche fühlt er Lust.

7 SL A n°2

COMPLIMENT.

Á SA SACRÉE MAJESTÉ L'IMPÉRATRICE

MARIE LOUISE,

REINE DE HONGRIE, ET BOHEME ETC.

PAR

LE COMTE LADISLAS DESSEÖFFY,
DE CSERNEK ET TARKO,
CHANOINE DE LA CATHEDRALE DE TOUL, EXAMINATEUR SYNODAL DU DIOCESE.

SALUTATIO

SUAE SACRAE MAJESTATIS IMPERATRICIS

MARIAE LUDOVICAE

REGINAE HUNGARIAE ET BOHEMIAE ETC.

PER

COMITEM LADISLAUM DESSEÖFFY
DE CSERNEK ET TARKO,
CANONICUM CATHEDRALIS TULLENSIS, DIOECESIS EXAMINATOREM SYNODALEM

POSONII VII. SEPTEMBRIS MDCCCVIII.

Typis Georgii Aloysii Belnay.

Madame!

Si la Vertu descendait du Ciel sur la terre, si Elle se montrait jalouse d'assurer son empire sur tous les coeurs, elle emprunterait sans doute tous les traits qui pourraient lui concilier le respect et l'amour des mortels. Son nom annoncerait l'éclat de son origine et ses augustes destinées; Elle se placerait sur le Trône; Elle porterait sur son front l'innocence et la candeur de Son ame; La douce et tendre Sensibilité serait peinte dans ses regards; Les Graces toûchantes de son jeune âge prêteraient un nouveau charme à ses actions et à ses discours; Ses jours purs et sereins comme Son cœur, s'écouleraient au sein du Calme et de la paix, que la Vertu seule peut promettre et donner. Indifférente aux honneurs et aux plaisirs qui environnent le Trône; Elle n'y placerait point son bonheur: Elle en trouverait un plus réel dans les charmes de l'amitié et de la bienfaisance. Elle épurerait au feu sacré de la Religion ce que tant de qualités precieuses auraient pu conserver de profane; Sa seule ambition serait de rendre son pouvoir utile à l'indigence et au malheur; Sa seule inquiétude de ne pouvoir dérober le secret de sa vie à l'admiration publique; et dans ce moment même où Sa modestie ne lui permet pas de fixer ses regards sur Sa propre image, elle ajoute, sans le vouloir, un nouveau trait de conformité entre le tableau et le modéle.

Augusta Domina!

Si Virtus descenderet e caelo in terram, si illa eam curam sibi esse ostenderet, ut imperium in omnium corda consequatur; profecto illa assumeret, quidquid ei amorem mortalium conciliare posset. Nomen ejus splendorem originis suae, et Augustos fines suos annunciaret. Conscenderet ea Thronum; fronte sua gereret innocentiam, et Candorem animae suae: svavis ac tenera sensibilitas in ejus adspectu picta conspiceretur; Gratia Juvenilis ejus aetatis novas inderet illecebras ejus gestibus, ejus sermoni. Dies ejus puri, ac sereni, sicut cor ejus, fluerent in pace, ac tranquillitate, id quod sola Virtus praestare potest. Quoad honores, et voluptates, quae Thronum circumdare consveverunt, indifferens, in his illa non collocaret suam felicitatem: majorem inveniret in illecebris amicitiae et Beneficentiae. Sacro Religionis igne purificaret, quidquid tantae tamque pretiosae qualitates profani retinuissent. Omnis ejus ambitio in eo consisteret, ut potentia sua succurrat indigentiae, et infortunio; omnis ejus inquietudo, non posse Secreta Vitae suae subtrahere admirationi publicae; et eo ipso hoc momento, ubi ejus modestia non admittit, ut obtutus suos in propriam suam effigiem vertat, invita etiam novum adjicit ductum Conformitatis inter Simulacrum, ac prototypon.

8 56 A.m.2.

Εἰς

ΤΟ ΣΤΕΦΕΙΝ ΤΗΝ ΤΗΣ ΟΥΓΓΑΡΙΑΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΝ

ΜΑΡΙΑΝ ΛΟΥΔΟΦΙΚΗΝ

τὴν τῆς Αὐστριάδος ἡγεμονίδα.

Bey

der Krönung

Ihrer Majestät

der

Kaiserin von Oesterreich

Maria Ludovika

zur

Königin von Ungarn.

Von

Gregor Alois Dankovsky

Professor der griechischen Sprache und Literatur an der königl. Akademie zu Preßburg.

Preßburg 1808,

Gedruckt bey Georg Alops Belnay.

Und aus der Willkühr trakt der Wille,
Der Mensch mit der Vernunft, der freye Mensch, hervor,
Der Wildniß gleich, die sich vor ihm in eine stille,
Sanft aufgeblühte Flur verlor.
Da ward das Recht. Es stieg empor zum Throne;
Wie ein Gewissen, sprachs zum Volke dort herab,
Und die Vernunft gebot. Sie war es, die die Krone
Der Majestät, dem Rechte gab.

C. A. Tiedge's Urania 6. Gesang. 73 — 85. V.

Ἐμοὶ θεοδακτὲ' κοὶ, χώρων
σκιωδέων τῶν τη νυκτὶ σκεπομένων
ἐξελεξασα πόθ', ὡς καλὴ ἔγεν τοτὲ
τοις μελυχδεσι ἀκτισασι σοις
σκοτος σπεχουσ' ἐξ ἀγνιας μορφεος
ἐς τη βιαι μιχησασ' ἀλληλοις,
ὁ δ' ἀσθλος ἀκριτος πεπολθ' ἁλους!

Νεφος πεσουδες οὐλοις χυτο φλογμις
ἐξ οὐρανου κεκμωμενον θυμους
ἐμορμολυττεθ' ἁπαντοθι, τοτῳ
ἐν τοιδε νυξ καλας ταις ἡμεραις
ἐλαμψεν εὐδιποτ' ἀνθρωποις.
Φεγγεος δε σου βαιτεντος πικχυσιν
κελαινος σου ξεφεσιν ἐκ του των
ἐρων μυχου πεφυγε νυξ κακη,

και ὁ χαρος την ἑωυτου χρεσιαν
ἠλλαξεν εἰς πεδιον ἀνθεων
ἐ' τη ἡδυσμιν κολυβωντον,
και ἡσυχ' ἀνεστηθε ἐκ του
φρενησιν. Γιλιγιστωντες δε του
θυμου ἀπο μυριων κεφδων
λιμμων τε μετ ἠθ' αὐδη·
Ἐπιλεγωμεν τιαα βασιλια,
ηγιεσθω το της ἀδικιας ἀκτιτιχτημα!

Λογ', τοθ' ὡς ἐκ τινος πηγης
ἀνεβλυζε ἡ ἐλευθερια τοις ἐν στηθεσσι
περιβλυμενη τω καλῳ φωτι,
κυτη δ' ἰσχυτ' ἐχυρον μεγα
προς τας ἁπασας συμφορας·
τους γαρ βροτους τιθησι ὁ βασιλευς
ἐλευθερους, ἀτεπλος μετ βαδιζει
ἡ ἀρετη τοθ', ἡ δε κακη ἀθεσμια
πτοηθισα φοβεται του τας ἀρετας
ποτνιον ὠπα.

Ἀλλ' ὁ της Οὐγγαριας λαος μεγας
ἀκτινοτος ἐτ' ἀει ὠν θαλασσεται
εὐδαιμων ἐν τῃ εὐδιῃ
χαιρων ἐπι τῳ της Αὐστριας σκηπτρῳ,
ὡς γαρ ἐν καθαρῳ μεθυρῳ
τα ὑδατια περι την ῥοδωνιαν
περικλινδεται οὑτω βεει
το αἱμα αὐτου ἐν τοις στηθεσσι
τοις μεγαλοφρουεσσι.

Ἀρτι ὁ εὐδαιμων αὐτου ἱκκετο
ἀποκτεινοσσομενος μετα πολυς
Ζεφυρου ἐπι του της Ἀστραιας θωκου
προς την της Αὐστριαδος σεμνοτητα.
Στας πρ του βασιλειου θρονου
ἐκλινθη και το ἱερον στερος ἐδειξε,
ὁ ἐκ παλαιου δοξα του λαου ἐτυχε·

Des Tages Schöpferin, entschwebend
Der Schattenflur der grausen Nacht,
Wie herrlich, lächelnd und belebend
Erwachtest du in deiner Pracht,
Als du mit einem milden Strahle
Das Dunkel brachst im düstern Thale,
Wo Kraft und Kraft zusammenstritt,
Wo im Gewirr die Unschuld litt.

Und über dem ein Pechgewitter
Verderbensflammen gießend, lag,
Wo nie dem nächtlichen Gezitter
Entküsset ward ein holder Tag.
O kaum entrieselt deinem Schimmer
Ein mildes liebliches Gestimmer,
Da zieht mit blutigem Geschoß
Die Schwärze aus des Thales Schooß.

Die Wüste wird zu Blumenauen,
Sie schwimmen hin in Wonneduft,
Und Ruh enthebet sich dem Grauen,
Des stillen Geistes Stimme ruft
Aus tausend Herzen, tausend Kehlen:
„Wir wollen einen König wählen,
Es stehe auf die Scheidewand
Des Unrechts und des Rechts im Land!“

Vernunft! da sprang wie eine Quelle
Die Freyheit in dem Busen auf,
Und sie umfloß die schönste Helle,
Das Pfand für jeden Zeitenlauf;
Denn durch den König wird man freyer;
Die Tugend wandelt ohne Schleyer;
Das scheue Laster bebt zurück,
Und flieht der Tugend hehren Blick.

So blickt der Strahl in höchster Fülle
Auf Ungarns edle Nation,
Sie wogt, wie auf des Meeres Stille,
Dahin beglückt durch Oestreichs Thron.
Es rieselt, wie am Rosenhügel
Die Welle in dem reinsten Spiegel,
Ihr edles Blut in edler Brust,
Der Großmuth und der That bewußt.

Erst schwang ihr Genius den Flügel,
Und wallte hin an Zeiors Hand
Sich nahend zu Asträens Hügel,
Zur Majestät in Oestreichs Land.
Er neigt' sich vor dem Königsthrone,
Und wies hin auf die heilge Krone,
Die seit dem grauen Alterthum
Verblieb des grossen Volkes Ruhm.

Das

το δ' ἐπος διαπεπτε τε των ὀδοντων ἐρεις
ἐκ του κατω θυμου ἐβλαστε
ὡς ἡως ἀκραιβρις ὁν
και αὐτου δουλειου ὑποκρισιους·
Τψισθε βασιλευ, ὁ ἐυδαιμων εἰπε,
ὁ της Οὐγγαριας λαος λιλαιμενος
την σην ἀκουειν σεμνην στεφην
μ' ἐστειλε προς τον σον θρονον.

Das Wort, das seinem Mund entwehte,
Quoll aus des Herzens tiefstem Kern,
Rein war es, wie die Morgenröthe,
Vom niedern Heucheltone fern:
„Erhabner König! kindlich Sehnen
„Der Gattin Majestät zu krönen
„Belebet Ungarns Nation,
„Sie sendet mich vor deinen Thron."

Ὁ νηπιος μην ἐσται της μητρος·
αὐτης γαρ το φιλον χαριεν τε
βλεμμα νεον ὀλβιον ἐθηκε.
Που δ' ἐστι βελτιον, ἡ ἐζι τον της
μητρος κολπον; ὁ φιλος θαλος
τω ἀιθριω ὑσμινι χρωμενος
ἐλπιζει καλα πεδια.

„Der Säugling fühlt ein wonnig Streben
„Nach seiner Mutter in der Brust,
„Die Liebe giebt ihm neues Leben;
„Ein jeder Blick von ihr ist Lust.
„Wo ist so wohl, wie in dem Schooße
„Der Mutter ist? Da schwebt der Sproße
„Im sanften Blüthenregen nur
„Ihm lacht der Hofnung schöne Flur."

Ὡς εἰπων εἰδε χαριν τω βασιλειω ἐμματι
ἀμφιχουμενην, ὁτι Οὐγγαριας λαος
ευ'χεται τον βασιλη' εὐτυχουντα.
Νυν δε της καλης ἡμερας διαλαμψασης
αἰθερι πορφυρειω ὁ βωμος ἐστι
ἐστιλισμενος, και οἱ ἀγγελοι
σημερον ἀκολουθουσι.

Er sprachs; man sah die Huld aufblühen
Von Innen in des Königs Blick,
Daß Ungarns edle Herzen glühen
Für Franzens stetes Wohl und Glück.
Der grosse Tag ist aufgegangen,
Der Weihaltar ist überhangen
Mit ätherischem Purpurroth;
Heut stehn die Engel zu Geboth.

Τις γαρ ἀγγελος τω εἰδει καλλιστη
ΜΑΡΙΑ βασιλεια της Οὐγγαριας ἐγειρεται.
Τω δε ταυτης εὐτυχης μοιρα
οἱ της Οὐγγαριας ὑιες αἰσθανονται·
ἡ γαρ μητροφιλια ἐκ της ἀγαθοφυιας
ἐκγιγνεται, οἱ δ' Οὐγγαροι ἀγαθυνονται

Ein Engel in der schönsten Hülle,
Marie, wird Ungarns Königin;
Dieß Glück empfind't in seiner Fülle
Nur Ungarns edler Kindessinn;
Denn nur dem unverderbten Triebe
Entkeimt die Kraft für Mutterliebe
In Ungarns Herzen fließt es hell,
Und rein wie in dem Felsenquell.

Ἀρα γλαυκωπις ΜΑΡΙΑ βλεπει
ἡδυγελως της σεμνοτητος γλυκαζουσης.
Παντες τουτο καλλος σεβομενοι
εἰπουσι· χρονος ἐστω ὁ της
ΜΑΡΙΑΣ βιος, ὀλβοφορος τε
πω διατελει βασιλει! Ταυτα δ' ἐυχομενος
ὁ λαος τερπεται μαλα.

Marions Blick entlächelt Milde,
Die Majestät wird liebevoll;
Man bringt dem herrlichen Gebilde
Der allertiefsten Achtung Zoll.
Maria soll recht lange leben,
Des besten Königs Glück erheben,
Dieß wünscht des Ungars edle Brust,
In diesem Wunsche fühlt er Lust.

8 1/2

ELEGIA

HONORIBUS AUGUSTISSIMI

FRANCISCI JOSEPHI I.

AUSTRIAE IMPERATORIS

APOSTOLICI REGIS HUNGARIAE,

BOHEMIAE, LOMBARDIAE-VENETIARUM, GALICIAE, LODOMERIAE, ILLYRICI,

ARCHI-DUCIS AUSTRIAE &c. &c.

IN PERENNEM AUSPICATISSIMI PRIMI SUI

IN METROPOLI REGNI ADVENTUS MEMORIAM

DEVOTISSIME

A CLERO CURATO DISTRICTUS BUDA-PESTIENSIS

DICATA.

PESTINI. 1852.

TYPIS EMICH-EISENFELSIANIS.

Tu nostras audis inter convexa locas
Sydera, sollicito, quas damus, o, preces.

Ovid. l. 4. Eleg. 9.



Pannonidum Musae! plausus resonate per auras,
Suavius ut quondam nunc peramoena sonent!
Quae salsis crevit lacrymis funesta cupressus,
Exanimis jam nunc sicca resecta jacet!
Copia quid populi? celebres arcusve triumphi?
Campanae clangor? carbasa picta volunt?
Quid tribuumque, notent tenerae et vexilla juventae?
Curve cruces? mitrae cur rutilantque sacrae?
Parcite! quid miro cordis jactaminor oestro?
Caesar adest! gentis gloria summa suae.
Justum ergo est fratres! magno ut celebretur honore,
In fastis Patriae laeta vocanda dies!
Sed quid agam? sitientem candida Musa relinquis!
Deserti certo dein ut arena necet!
Fors haeres? de fonte leves Helicone fluente, et
Castalio tenuem, quod juvet, amne lyram.
En! Musae veniunt, properant de vertice Pindi,
Tangendo simili pollice fila lyrae:

BIBLIOTHECA E.M.

„Ut quid alis crassas in pectore homuncio curas?
Voce perexili gaudia, vota canes?
Intima quo tendunt, metiuntur Numina libra,
Atque minus pondus suppleat arctus amor.“
Rumpe moras **Auguste!** ergo, **Tibi** brachia nati
Diducunt; venias! desideratus ades.
Spes genti sine spe, fugit irrevocabile tempus,
Et gustat vitae commoda nulla suae.
Ad ripas moeret contrita doloribus aetas,
Nec magis ad tumulum Praefica flere potest.
Saxa peroptatum repetunt et ubique **Parentem**,
Quave valent tantum voce ciere, vocant.
Caesaris hi gemitus jam nunc pia pectora flectunt,
Decidit natos moxque videre suos.
Mane erat; atque sagax almi moderator Olympi
Adjuvat egressum, et nuncia fama venit.
Fama haec jucundos collegit in agmina cives,
Hac nunquam motus major in urbe fuit.
Dulcia panduntur laborantis gaudia linguae,
De muris, aeque ac turribus aera sonant.
Acceleratque viam **Caesar**, delatus ab Istro,
Propitiisque Diis anchora jacta cadit.
Istrograni Pius **Antistes** vix Caesarem avebat
Nomine gentis, mox fertur in aëra sonus:
„Vive Salus Patriae! spes o fidissima, nostrae!
O Salve! Salve! **Caesar** amatus, ave!“
Vox fuit haec populi, summorum haec vota fuere;
O **Rex** ante **Tuum** suscipe vota Thronum!
Pax, sincerus amor, pietas et gloria, candor
Regis Apostolici stipat utrumque latus.

Nobilium meritus comitatur et ordo coruscus,
Corda quibus sua plebs jungere laeta cupit.
Voto, oculis, graditur quocunque, sequuntur **Euntem**,
Laetitiasque pii pectoris ima dabant.
Nec satis est vidisse semel, redeuntque moventque;
Caesaris ora diu cernere quisque cupit.
In trabe stans juvenisque senexque acuebat ocellos,
Lassatos puduit tardius ire pedes.
Arma viam occludunt, puppi finduntur et undae,
Miles spumantis froena retardat equi.
Et cives, studiosa cohors sua signa ferebant,
Quilibet **Augustum** plaudit adesse **Patrem.**
Ecce venit **Caesar!** gentis quem gloria portat,
Aethera qui niveo lucida findit equo.
Sic tandem Phoebus post nubila gratior exit;
Exultans pulso corque rigore calet. —
Ecce venit! petreae Budae jam culmina scandit;
Culmine sed celso, **Celsior Ipse** nitet.
Ergo agite! ornantes violis fragrantibus aedes;
Lecta pudica ferat dona puella **Patri.**
Vosve **Patris** nati! lauro vos cingite Regis,
Qua studuit **Marci** cingere **Roma**, caput!
Ingrediens arcem, cordis solamina quaerit,
Exorans summi Numina sancta Poli.
Exoptat pacem pro **Se**, populique salute,
Qua mundus magna ex parte carere solet. —
Insolita haec, ego dum tacito sub pectore volvo:
Excidit ex oculis guttula forte meis.
Nunc jam: quid Pater et Natus? quid et ardor eorum?
Hoc noctu tota librat, agitque die.

Conscia plebs ex quo stillet dilectio fonte,
Omnis ad sacratum vult properare Thronum.
Qui **Sibi** vix vitam, sed natis, Patris adinstar
Vivit, et ardentes excipit aure preces.
Aere hic languentem, madido sub stramine, turbam
Adjuvat, et miseris millia quinque tulit.
Ac ubi spinosum quadriennia rudera vimen
Ambit, ibi iam iam pulchrius urget opus.
Sumit nunc sapidum panem sub pacis oliva,
Membra colonus jam lassus adusta fovet.
Vota litat populus, fervet devotio ad aras,
Pro **Summo Terrae Principe** thura crepant.
Sancta et ovat Mater, **Sponsi**, rediviva, triumpho,
Quem coluisse pedes **Regis**, et acta docent. —
Tempus adest, facies quo iam mutantur acerbae,
Quaelibet et roseas induit ore genas.
Illice sub fidibus ludit sua in arte magister,
Suave virique canunt, ut philomela, melos.
Petra repercussos retulit de vertice Budae,
Dulcius ut quondam, turba novena, sonos.
Par passu hic lento graditur, par subsilit altum,
Sic licet et proprio vivere velle suo.
Luctantur pueri pugnis, properarat et alter
E trabis effigiem cuspide ferre **Patris.**
Vixque trophaea tulit, iam vox ferebatur in auras;
Vivat **Franciscus!** gloria! spes! et amor!
Obruimur factis. — Nec opus concinnere laudes
Factis, quasquas sub corde notavit amor.
Facta, in se quae non moritura per ora perennant :
Sunt, quae constantis praemia laudis habent. —

Restat adhuc tenui referamus carmine vota,
Cordis ut ardentis symbola grata **Patri :**
„Larga Dei **Augustum** servet benedictio **Regem!**
Vivat pro populi prosperitate Sui!
Aeternum **Caesar!** regimen **Tibi** pandat honorem!
Te Regnante! sacer stet sine fine Thronus!“
Ter laetare! Vale! — Memori sub pectore porta
Constanter gentem, quae cupit esse **Tua.**
Nostra Fides : Quocunque ferat sors, ibimus una;
Spes, Charites : **Dei et in Regis amore mori.**

Cecinit
Josephus Pellet
Cooperator Budae
ad S. Annam.

BIBLIOTECA E.M. CLUJ

Oesterreichische Herzens-Glückwünsche

zur Feier des

sechzigjährigen Dienst-Jubiläums

Seiner k. k. Hoheit des General-Inspectors des Heeres

Feldmarschall Erzherzog Albrecht

Helden von Mortara, Novara und Custozza.

Die Trommel ruft so laut, so laut,
Es schmettert der Trompetenschall:
Soldaten auf! der Morgen graut,
Der Jubeltag des Feldmarschall.

Laßt flattern in des Sturmeswind,
Das Banner, unsern Doppelaar',
Zeig' heut', daß du ein Oesterreich-Kind
Zur Helden Ehr, stets treu in Stunde der Gefahr.

Heil dem Führer! er ist groß,
Er, der an der Spitze steht,
Fürchtend nicht des Feind's Geschoß,
Kühn und muthig den Sieg erspäht.

Er führte Euch mit sicherer Hand
Zum Ruhme und zur Ehre;
Tausend Dank! ruft heut das Vaterland
Dem Helden zu, den Gott uns gab, zur Feindes Wehre.

In Reih' und Glied steht Mann an Mann
Es weh'n die Fahnen, glitzen die Gewehre,
Adjutanten sprengen fort und an:
Präsentirt! der Marschall kommt, Ihm gilt die Ehre.

Die Volkshymne tönt, und Jubelschall;
Was ist dem erhabenen Bilde gleich?
Der Kaiser kommt und sein Marschall
Den' treu ergeben sein Oesterreich!

Und überall tönt Jubelschall,
Aus Hütte bis zum Throne:
Für unsern tapf'ren Feldmarschall
Den Schirmer Oesterreichs Krone.

Hoch Oesterreich! Hoch Oesterreich!
Was ist denn deiner Treue gleich?
Kämpf'st du mit einig' Sinn und fester Hand,
Für Kaiser, Gott und Vaterland.

Wenn die Trommel ruft so laut, so laut,
Und schmettert der Trompetenschall
Der Marschall ruft: Auf Gott vertraut!
Kommt Oesterreich's Söhn' aus Berg und Thal!

Hoch Oesterreich! Hoch Oesterreich!
Was ist dann deiner Stärke gleich?
Dem Rufe folgt: „Vorwärts voran!"
Und Jeder stellet seinen Mann.

Rudolf Pernitsch,
Valdius haud equidem Sineae culmina rupis,
Aeternam Patribus legem dictante Jehova,
Intremuisse putem; nec Zebi pectus, et Oreb,
In Madianitas rauco cum classica cornu
Concineret Gedeon : quam nunc et tecta Sionis,
Et tacitas Cedronis aquas, viduata Noëmi
Jugera, et omne solum mecum trepidantia sensi.
Nunc vere timor atque tremor venere super me.

Ithamar.

Parce metu, Gerson! pauloque animaequior esto:
Non tuba, non tonitru; sodomaei sulfuris ardor
Edidit hunc plausum : non taedia quippe minarum
Parturit iste dies; congaudent omnia, sicut
Exsultat victor, praedas cum dividit amplas.

Laetitiis in monte Sion ducentibus ortum,
A Sihor Aegypti, donec veniatur ad Emath,
Usque ad munitas custodum a turribus urbes —
Te modo longinqua vixdum regione reversum
Ista latent — plebs tota vacat, iuvenesque, senesque.
Quin etiam montes, spoliataque rura Noëmi,
Exsiliunt, ut oves, oviumque tenella propago.
Quodve petunt, atque a Domini bonitate requirunt,
Unum est : ut Josuae quod votis annuit olim,
Faxit idem, solique viam praecidat eunti.

G e r s o n.

Non male cum priscis, Manhu? clamavero turbis,
Tam me causa fugit, minime peregrinus in Israêl
Sim licet; ac cultus sacri, Morìque, Sionque
Immemor haud vivam; magis exoptemque palato
Haerere immotam rigido ferrumine linguam,
Pestiferoque meam torpescere sidere dextram:
Quam vestri me, Sancta Sion! oblivia tentent.
At rogo, iam tanti causas aperite tripudî.

I t h a m a r.

IOIADA, pastorum pastor, dulcissime Gerson!
IOIADA, quem multis Dominus de millibus unum
Elegit sibimet pecudesque minare ducesque;
Ille, viden, quinas, ex quo nos, atque novale
Curat, amans nostri, latere in Jordanis utroque,
Hocce die annorum decadas, cunctisque Levitis
Laetior, integrior, iuvenique simillimus, implet.

N a h u m.

IOIADA, pastorum princeps, Unctusque Jehovae,
Coram omni populo, submissus, reddere vota
Vult Domino : Solymis quanta haec solennia nostris!
Quandoquidem cunctis, qua late extenditur Israêl,
A Fluvio ad magnum mare, et a Dan Bersabee usque,
E tribubus populi delectos undique Patres,
Scilicet ut tanti faciem pastoris honorent;
Atque Prophetarum cuneos, spectare licebit.
E domibusque Levi, sacras agitantis acerras,
Cornuaque, et citharas, nulla est prope meta, catervae.

G e r s o n.

Non, mihi si dudum quem poscimus, ebriet agrum
Imber, et undantem profundat oliva liquorem;
Aut inopina meo foetura accedat ovili,
Qualis apud socerum magno successit Iacob:
Exstimulent potiora meum solatia pectus.
IOIADA, tam longum mihi semper amate per aevum,
IOIADA, Aaronis sacrato stemmate cincte,
Sacrificare paras, iobelaee minister, ad aras!
Ultro qui iuvenem tulerat, citroque, Tobiam,
Ad vestras, pueri! me duxerit, Angelus, oras.

I t h a m a r.

Vidi ego, porticibus sacris vicinus, amici!
Lilia vincentem miro candore, nivemque
Hermonis, vel candidius nive siquid habetur,
Qui cadet in nostris altaribus ocius, agnum.

Iste suo, dixit pastorum haud ultimus, Heli:
Thure vaporatas ubi sanguine tinxerit aras,
Omni dignus erit populo placare Jehovam.

N a h u m.

Vidi ego Jordanis ripa ex utraque, supremos
Cum peterem thuris colles hesternus, et ante;
A Libani turri, donec perveneris ad Sin
Desertum, montemque Seir, ex omnibus arvis
Pastorum, populique duces, hac agmine certo
Tendentes, Solymae portas, et tecta petentes.
Hos vidisse mihi Sancti Israëlis in atrìs,
Gloria sit maior, quam pingues condere messes,
Aut hilari multum calcare celeumate botrum,
Aut inimicorum portas tenuisse meorum.

G e r s o n.

Vera, Nahum, memoras : video de qualibet Urbis
Parte tribus, Domini scandentes atria. Sane
Nunquam tanta mihi, nec sacro tempore Pascae,
In sanctae gremio Solymae collecta piorum
Progenies est pastorum conspecta, nec extra.

I t h a m a r.

Quale salis foedus cum nostro IOIADA vulgo
Icerit, en totidem testes, pecudesque, virique:
Ipse gregesque, ducesque gregum speculare parumper.

G e r s o n.

Quippe nec in Libani tam pulchra armenta viretis,
Imo nec in Basan praepingui gramine, fratres!
Nec vero in campis Botri torrente rigatis,
Unde recens venio, tam laetos cernere vultus
Contigit : at cunctis mihi IOIADA dulcior illis.
IOIADA! quem multis in millibus ipse requiro,
O utinam citior nostris adspectibus adsis,
Qui nec visu oculos saturas, nec vocibus aures.

I t h a m a r.

IOIADA, amore gregum flagrant TIBI corda; sed omnes
Pastoresque, gregesque, TUI languemus amore.
Festinus nobis, Domini benedicte, propinqua,
Cuius sancta domum firmat benedictio nostram.
TU nobis, veluti praefulgens ignis, et auri
Vas solidum, TU thus redolens aestatis in horis,
TU stabilimentum populi, TU gloria, nostri.

N a h u m.

Quid video! magna comitatus, IOIADA, gente
Pastorum, veluti surgens cypressus in altum;
Utque cedri in Libano, fratrum sociata corona;
Et sicut rami palmarum, filii Aaron
Adproperant; circumque viros quae gloria fulget!

I t h a m a r.

Nablia prende, Nahum! steterit cum proximus, ambo,
Quae taciti in patula platanorum panximus umbra,
Ut datur, agresti modulemur carmina ritu.

N a h u m.

At rogo, tu multo cantare peritior, alter
Chonenia! puero vires animosque daturus,
Incipe : cantemus domino nova cantica nostro.

I t h a m a r.

Pastorum filî, date tympana, sumite psalmum,
Et lyra iucundum promat decachorda canorem:
IOIADA sacrati celebrat Jobelaea ministri,
Atque medullati Domino fert dona piacli.

N a h u m.

Et citharae resonent laeta, et psalteria, voce:
IOIADA, longaevus pastor Domini, et Lapis Israêl,
Currus item, necnon sapiens Auriga, suamet,
Pro nostraque Deo profert thymiama salute.

I t h a m a r.

IOIADA, pastorum princeps, et laetitia Israêl,
Atque decus; Domini, tamquam sol, fulget in aede:
Non minus excellit cunctis pastoribus Ille,
Quam palma, atque cedrus rhamnis, humilique myricae.

N a h u m.

IOIADA Vir iuxta Domini cor, amabilis — Illum
Laudabunt fratresque sui, synagogaque tota
Sanctorum — in Chanaan tantum spectabilis arvis,
Quantum in monticulis Thabor, vel in aequore Carmel.

I t h a m a r.

IOIADA doctrinae, velut imbrem, munera spargit,
Labra Viri primam stillantia lilia myrrham:
Si verbum vitae doctoris ab ore petamus,
Ceu vivas Hesebonis aquas, Siloësque, bibamus.

N a h u m.

Ne veterum cisterna Patrum vitiata fatiscat,
Providet, atque tubis exaltat IOIADA vocem:
Ut, qui de Belial, aegri, torrente biberunt,
Huc redeant, vitamque bibant e fontibus Israêl.

I t h a m a r.

Ah, quoties plorans ploravit IOIADA sortem
Bethelis, Danisque simul; neutroque locorum
Ut staret vituli foenum comedentis imago,
Ardenti quoties penetravit nubila voto!

N a h u m.

Hic fratrum populique sui sincerus amator,
Quem coeli Princeps ex nomine novit, et audit:
Pro populo sanctaque Sion quam plurimus orat,
Ut Domini merita furor avertatur ab Urbe.

I t h a m a r.

Coelorum reserata diu cataracta patebat,
Campi et agri in stagnum convertebantur aquarum;
IOIADA ad astra preces incensi fudit in hora:
Placatusque Deus fontes conclusit abyssi.

N a h u m.

Nec pluvia in nostros, nec ros descendit agellos,
Aruimus, veluti mons Gelboë; IOIADA fecit
Vota : Deo voces pluviasque edente salubres,
Deserti speciosa statim pinguescere vidi.

I t h a m a r.

Hunc etiam ELIACIM redamat Venerabilis, aurêa
Clave domus David, Cidarique coruscus, Ephodque:
IOIADA recluso nobis ex Illius horto
Cinnamaque, Cyprique botros, casiamque ferebat.

N a h u m.

IOIADA Sanctorum quoque glorificare Jehovam
Concilio statuit : cathedrae sonuere seniles;
Inque Dei laudem, nostramque, gregumque salutem
Opportuna senes fecere malagmata Patres.

I t h a m a r.

Summo dona Viro, pastorum turba, feramus.
Ipse ego cum natis Engaddi in collibus uvis
Mala feram; et multis, ut de pinguedine terrae
Ditet Eum Dominus, votis, precibusque rogabo.

N a h u m.

Est mihi resinae modicum, storacisque, favique,
Et stactes, terebinthi etiam; nec amygdala desunt:
Ista Dei, dabo dona, Viro; spondebo precesque,
Ut Domini longo templum suffulciat aevo.

C h o r u s p a s t o r u m.

IOIADA, pastorum princeps, et gloria, vivat.

Innocuam sequitur senium geniale iuventam,
Pax animi longam ducit, svavissima, vitam:
IOIADA, amor noster! TIBI stat renovata iuventus
More aquilae, sensusque vigent cum mente virili.

IOIADA, pastorum princeps, et gloria, vivat.

Parvus adhuc, totaque tribu cum iunior esses,
Nil puerile Tuis gessisti moribus unquam;
Et veluti Salomon, solum sapuisse cupìsti:
Inde corona senum TIBI, magna peritia rerum.

IOIADA, pastorum princeps, et gloria, vivat.

Nota boni vox pastoris pecorique, ducique,
Dumque vocat, quod vultque, iubet, paremus amantes.
IOIADA! amore trahis : nostrum, ceu clibanus ardens
Flagrat amore TUI cor, et hoc iuvat urier aestu.

IOIADA, pastorum princeps, et gloria, vivat.

IOIADA! TE et nostri sensere cacumina montis
Scandentem, Dominique focis holocausta ferentem:
Tunc in nos adeo pretiosa charismata fudit
Dextra Tua, et populus montes ardescere vidit.

IOIADA, pastorum princeps, et gloria, vivat.

Quod serimus, comedant alii, ingratusque labori,
Triticeo tribulum pro semine reddat agellus;
Uvaque labruscis mutetur, et hordea spinis
Ante, Tui quam nos subeant oblivia amoris.

IOIADA, pastorum princeps, et gloria, vivat.

Lumen eras coeco, pes claudo, IOIADA! amatus
Pauperibusque pater : Dominus TIBI reddere pergat
Septuplum; det agros et lacte et melle fluentes;
Utque dies coeli, addantur TIBI tempora vitae.

IOIADA, pastorum princeps, et gloria, vivat.

30

ODE

HONORIBUS

CELSISSIMI, AC REVERENDISSIMI DOMINI DOMINI

JOANNIS SIMOR

ECCLESIAE

METROP. STRIGONIENSIS ARCHI-EPISCOPI, S. SEDIS APOSTOLICAE LEGATI NATI, SUAE SANCTITATIS PRAELATI DOMESTICI, NEC NON SOLIO PONTIFICIO ASSISTENTIS, INCLYTI REGNI HUNGARIAE PRINCIPIS, AC PRIMATIS, SUMMI, AC SECRETARII CANCELLARII INS. ORDINIS S. STEPHANI REG. APOSTOL. PRAELATI, S. APOSTOLICAE C. R. MAJESTATIS INTIMI CONSILIARII, INC. COMITATUS STRIGON. PERPETUI, AC SUPREMI COMITIS, S. S. THEOLOGIAE DOCTORIS COLLEGIATI, etc. etc.

DUM GUBERNIUM PRAEFATAE ARCHI-DIOECESEOS

CAPESSERET,

NOMINE CLERI EIDEM A. DIOECESI INGREMIATI

REVERENTER NUNCUPATA!

POSONII.

TYPIS ALOYSII SCHREIBER.

MDCCCLXVII.

Reddite omnibus debita, — cui honorem, honorem.

Epist. S. Pauli ad Rom. C. 13. v. 7.

Coecus humanas nisi quod perennet
Impetus Fati variare sortes,
Gentium priscus sine luce CHRISTI
Credidit orbis.

Svavis at nostras bene mulcet aures
Veritas: Divum placido foveri,
Volvitur vitae rota dum caducae,
Omnia nutu.

Saepe cor nostrum graviter premente
Mergimur luctu, subito vicissim
Densa dispellit novitus refulgens
Nubila Titan.

En Dioecesis, quae erat orba Sponso,
Hunnici princeps veterana Regni
Terminat moestum veniente laeto
Omine lessum!

Quam Pater Coeli prius heu! dolore
Sauciavit, mox medicans acerbum
Obligat vulnus, meritisve summi,
Qui fuit, Archi:

Praesulis funus lachrymis agentem
Ipse solatur viduam, facitve,
Hanc ut haud ficto regat alter Archi
Praesul amore.

Providi nutum reverens Tonantis
Optio terrae sequitur Monarchae:
Summus Antistes **Simor** est **Joannes**
Strigoniensis!

Ecquidem mentis scio quod modestae
Mysta sublimis sibi destinatum
Munus optarit potius remoto
Prendere plausu.

Nec suas laudes venerantis aequo
Cynthii poscat resonare cantu,
Lauriger fixo neque rumor Ejus
Cor petat oestro.

Qui tamen majus quasi Luminare
Factus est Orbis modo Christiani,
Metricum certe Is proprii meretur
Nominis echo.

Congruit, justis Helicon sonoram
Edat ut vocem numeris, Virumque
Umbret in summis meritum decenter
Lineamentis.

Pannonis vasta vetus Urbs in ora,
Pulcer Albae quam titulus venustat
Regiae, charum, cui plaudo, cunis
Prima Joannem

Fovit infantem tenerum, Decusve
Inclytum condam Patriae futurum
In suo claudens gremio domali
Texerat umbra.

Quis putas, quaeso, puer hic futurus
Est, ubi pleno potietur aevo?
Haec fatigabat tacitam parentum
Quaestio mentem.

Tum pater nato bene comprecatus
Parvulo nomen tribui Joannis
Postulat, Praeco sacer ante Divum
Qui fuit Agnum.

Creverat vultu roseo scholares
Inter haud paucos socios Joannes,
Utque profectus celer inter omnes
Norma refulsit.

Dum pedem circo quoque Clericali
Intulit, raras pariter Magistri
Saepe discentis stupuere dotes,
Ingeniumque!

Presbyter dum fit cito tactus igne
Spiritus Divi sibi praestitutum
Qua Capellanus nihil oscitanter
Munus obibat.

Unde mox certum sacer est creatus
Mentor ad tempus Juvenum, chorus quos
Universalisque Scientiarum
Ditat acervus. [1]

Praefuit posthac Studiis Viennae
Quae solet Clerus Junior vetusta in
Aede Pazmani propriae per annos
Figere menti.

Moxque Bajnensis populi paterno
Pastor affectu, Parochusve toto
Corde devinctos sapiente rexit
Arte Fideles.

Tota quae trito sacra more Pallas
Audit in Summam veluti redacta
Eius effecit Stadium deinde
Strigoniense. [2]

Postque Secretum calamo laborem
Praestitit solers, ubi summus Archi
Pro Dioecesi viget ordo rerum
Officiumque. [3]

---

[1] In Regia Scientiarum Universitate S. Orator Festini interinalis.

[2] Professor Encicloped. Theolog.

[3] Ven. Officii Vicarial. Strig. Secretarius.

Frintiani tum vigil Instituti
Rector electus subito secunda
Incola evasit vice Civitatis
Vindobonensis.

Hinc ad excelsos propiore lembo
Regis Augusti veniens Penates
Perdius pernox salubri prodesse
Studuit actu.

Nam repraesentans ibi qui Monarcham
Pro Dei Cultu varias Minister
Fixerat normas, opera **Joannis**
Consiliisve

Usus est nostri, nihil ambientis,
Quam prius multis sua quae diebus
Damna deflebat, probe Sponsa CHRISTI ut
Laeta triumphet.

Daphnidem tali face si videmus
Rite candentem, novitus peralmi
Alteram Facti speciem stupenti
Aure bibamus.

Quippe dum sacri Canonis vetusto
Paulopost Stallo fuit in suarum
Sede cunarum rubea decorus
Fasce Sacerdos. [4])

In loco hoc ipso redolentis huedum
Lilii, ut Divis placet, **Emerici**
Nisus est sanctam melius coruscam
Reddere famam.

[4]) Canonicus Albaregalensis.

Fervida summum reverens poposcit
Patris annutum prece **Vaticani:**
Ut Ducis Sancti magis affutura
Festa nitescant.

Unde natalem celebri trophaeo
Filius felix hilaravit Urbem,
Principi Divo decus hic sacrata
Lux capit ingens. [5])

Octo concernens pietas diebus
Durat, et semet cuivis volenti
Pandit Indulgentia de Superno
Plena thesauro.

Ergo tam rarae pietatis est qui
Auctor, is totus Superis placere
Nititur, fortis leo mox ab ipso
Noscitur ungve.

Juste huic forti novior Leoni
Panditur celsos gradus ad triumphos,
Ut Dioecesim proprio regendam
Jure capessat.

Divus ut Paulus cupit eminentes
Praesule in quovis radiare dotes,
Jauriae sic se patulum **Joannes**
Praestitit orae. [6])

Sobrium justum ac humilem pudicum,
Candidum, mitem, simul hospitalem
Atque doctrinae solida supernae
Mente tenacem.

[5]) In Civitate Albaregalensi celebratur Festum S. Emerici Ducis Hungariae solenniter cum Octava privilegio S. Indulgentiarum donata quod intercessioni his in pagellis laudati Viri, dum necdum praesuleo Pedo gaudebat, Romae interpositae in acceptis referri deberi testis est Littera pie denati Episcopi Albaregalensis Emerici Farkas cateaus ante aliquot annos vulgata.

[6]) Factus Episcopus Jaurinensis a. 1857.

Praesulem talem Fidei calor quis
Usserat sanctae? satis est probatum
Litteris, quas Is proprio solebat
Mittere Clero.

Littera haec quaevis prout erudito
Plena contextu legitur, peraeque
Est pii fulgens, et episcopalis
Tessera Zeli.

Voce qua passim stimulante sacri
Excitati sunt mage Curiones
Non fatiganda vigilare cura
Pro grege CHRISTI,

Vivat ut densis procul a periclis
Ne per assultus, stygiasve fraudes
Pestis in caulam cito dira serpat
Spiritualem.

Nec sat est visum. Speculo nitentis
Clerus ut firmet probitatis omnem,
Quae subest credens, Animam, valenter
Praesul adursit.

Dumque disciplina suum vigorem
Strinxit in vitae bene versa praxim,
Praesulem vidit peramoene Coelum
Tripudiantem.

Gaudio ut tali sua sit crepido
Plantulas Christi, tenerumque Clerum
Semper attento Pater intueri
Svevit amore.

Hasce per curas in eam tetendit
Pervigil metam: teneris ab annis
Ut Poli fortes Domino parentur
Praeliatores!

Hinc Parvulorum simul Institutum
Jauriae plausu celebratur Urbis,
Et Dei sanctus timor in virili
Pube vigescit.

Ut puellarem pariter Juventam
Gnavior virtus faciat pudicam,
Adsequi nisu cupiit **Joannes**
Irrequieto.

Unde iam duplex Domus educandis
Apta procinctu celebri puellis
Eius existit potiens favore,
Auspiciisve.

Quin sub Ejusdem quoque Praesulatu
Splendor in sacris renovatus Aris
Permanet signum et pia liberalis
Gloria Dextrae.

Et tamen tantis licet aggravatus
Sumptibus, quem nunc reveremur, amplus
Pauperum fuso Benefactor aere
Est Hierarcha.

Sicque praeclaris Meritis onustus
Sole sub nostrae Patriae sacratum
Attigit culmen Strigona supreme
Sede levatus.

Quaeso nunc vates, sine Temet alme
Alloquar **Princeps**! gracili calentem
Ut queam laeti cithara liquare
Pectoris aestum.

Si Deo fervens placet intimorum
Summa votorum, Tibi episcopalis
Post decem rarum renovabit Ordo
Lustra virorem.

Optat eu praesens, sed et optat absens
Hoc Tui cultor: pilios ut annos
Vita contingat Tua, sitve multis
Dulce levamen!

Quaeve diffulsit probe Praesulatus
E Pedo Virtus, jubar haec serenum
Explicet per Te mage, quando primi
Metropolitae

Jam Tuam sertum radians inornat
Magne Vir! frontem patrii per Orbis
Circulos, ac nos Tua jam revincit
Sacra potestas.

Campus insignis Tibi nunc patescit
Numinis causam, memoremque Cultum
Jure, quod carpis, validare maius
Pondus habente.

Musa praesentit: Tua non in uno
Facta splendescent **Vir Amande**! Regno,
Nam Tui florens procul it citato
Fama volatu.

Omen exterra in regione quoddam
Pro Tuo semet sinuavit Ostro,
Christiani iam quia pertigisti
Orbis ad Arcem.

Praesulis necdum potiens honore,
At **Suae** coram probe **Sanctitati**
Cognitus corde ex per Eam paterno
Es benedictus.

Tunc quidem supplex ad Apostolorum
Limina ivisti, precor hinc aventer:
Ut sacro Romam quoque purpurandus
Murice visas!!

Te **Pius Nonus** novitus benigno
Cernat aspectu, Tibi dum rubentem
Pronus apponet Manibus Galerum
Ter venerandis!!

Crede: Papalis quoque Te Senatus,
Et pius cocco rutilans Virorum
Coetus annectet sibi gratulante
Pectore Membrum.

Interim Regni, prout es, patentis
Primus haud vano titulo Sacerdos,
Hujus ingenti ex animo tuetor
Prosperitatem.

Voce Clavatos anima fideli
Praesules, sis Dux, Columenque Cleri
Perstet ut vivax pietas ovante
Relligione!

Dirigas rectis monitis Monarcham
Non minus celsos Patriae Quirites,
Ut solum nostrum viridis decoret
Pacis oliva.

Sic ad aeternae quoque nos salutis
Dum vehes portum, Tua tunc Olympi
Cinget, annutu Superum volente,
Tempora laurus!

Suscipe haec, quae nunc vice vota Cleri
Prompseram **Princeps Venerande**! cuius
Cernuis figo labiis paternae
Svavia Dextrae.

Ccinit
Jos. Buday,
A. Dioecesis Strig. Presbyter.

31

ODE

AMPLISSIMIS HONORIBUS

EMINENTISSIMI AC REVERENDISSIMI

DOMINI DOMINI

JOANNIS SIMOR

S. ROM. ECCLESIAE CARDINALIS PRESBYTERI, METROPOLITANAE ECCLESIAE STRIGONIENSIS ARCHI-EPISCOPI, S. SEDIS APOSTOLICAE LEGATI NATI, INCLYTI REGNI HUNGARIAE PRINCIPIS PRIMATIS, SUMMI ET SECRETARII CANCELLARII, INS. ORDINIS S. STEPHANI R. A. PRAELATI, EIUSDEM, ORDINIS ITEM R. SICIL. S. JANUARI MAGNAE CRUCIS EQUITIS, ECCLESIASTICAE COMMISSIONIS PRAESIDIS, INCL. COMITATUS STRIGONIENSIS PERPETUI SUPREMI COMITIS, ACADEMIAE HUNGARICAE DIRIGENTIS SOCII, ACADEMIAE ITEM RELIGIONIS CATHOLICAE COMMEMBRI, NOBILIS CIVIS ROMANI, SS. THEOLOGIAE PENES UNIVERSITATEM VINDOBONENSEM ET PESTINENSEM DOCTORIS COLLEGIATI ETC.

QUUM XI. KALENDAS JANUARIAS

A. D.

MDCCCLXXIII.

IN PURPURATORUM S. ROMANAE ECCLESIAE SENATUM ADLECTUS ESSET

A DEVOTISSIMIS

SEMINARII GENERALIS PESTINENSIS MODERATORIBUS ATQUE ALUMNIS

PIISSIME OBLATA

PESTINI, 1873.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA „HUNYADY MÁTYÁS".

„In Te sane animi munera largiter
Fuderunt superi ; cor bene legibus
Sepserunt, capiti perpetuas simul
Dantes surgere laureas."

Em. Szepesy, Ode XI.

BIBLIOTHECA E.M. STEPHANUM

Quid, Fama, magno turgida nuntio
Gestis sonora Pannonicos agros
Implere voce, acsi nec unquam
Cognita Verba renuntiares?! . . .

Num defuit lux aurea Cynthio,
Aut floribus num svaveolentibus
Fragrans odor quando? Vel arva
Non referunt bene culta messim?

Immo! velut sol, lumine proprio
Mens celsa fulget; sicut odor rosis,
Virtutis honos instat umbrae,
Et petitur meritis Olympus.

Sic est. Renidet pro meritis Simor
Jam Vaticani limina verticis
Ingressus et sacrum senatum
Purpureo renitentem honore.

Illum benigno lumine protulit
Aurora tradens sidereis bene
Ulnis fovendum Gratiarum
Pieriisque choris alendum.

A Fonte lucis non pueriliter
Mox hinc petebat lac Sapientiae,
Suxisse certus iam puellus
Et niveum Pietatis uber.

Tum maior aevo flamine concitus
Summa dicavit relligione se
Sacris palaestris usque palmam
Praeripiens sociis decoram.

Scientiarum lumine fulgidum
Mox Pestienses Christicolae sacra
Ambire currunt ore grato
Dogmata Numinis explicantem.

Istrograni iam perque mapalia,
Jam mox Viennae ; iam popularibus
Jam publicis Musisque sacris,
Omnibus omnia factus usque,

Quot ter duobus terrigenis datur,
Unus brevi tot munia gesserat,
Coeloque plaudente atque terra,
Haud quid ut addere, Fama, possis !

Summi Dei quot, quo fluit Arrabo,
Aras decori templaque reddidit ;
Obscura Musarum nitori
Quot penetralia vindicavit !

Et christianus quo populus bibit
Coelestis aestu flumina gratiae,
Ore effluebant quae diali,
Magnanimo saliente corde!

Et nunc, Sionis Pannonicae iuga
Quo flavus Ister fluctibus alluit,
Quam saeculo praeest odoris
Hungariae venerandus aris!...

Illum benignus cunctiregens Deus
Contra minantes Pannoniae mala
Casus dedit sublime fulcrum
Et manibus retinet potenter.

Orante tanto nubila Praesule,
Summo Deo qui iam propius nitet,
Diffugient et pacis almae
Lux patriam rutilans reviset.

BIBLIOTHECA E.M.

32

NOVUS JUBILUS LYRAE

HONORIBUS

EMINENTISSIMI AC REVERENDISSIMI DOMINI

JOANNIS

SACRAE ROM. ECCLESIAE TIT. SANCTI BARTHOLOMAEI IN INSULA PRESBYTERI CARDINALIS

SIMOR,

METROP. ECCLESIAE STRIGONIENSIS ARCHI-EPISCOPI, S. SEDIS APOSTOLICAE LEGATI NATI, INCLYTI REGNI HUNGARIAE PRINCIPIS PRIMATIS, SUMMI, ET SECRETARII CANCELLARII, S. C. R. A. MAJESTATIS ACTUALIS INTIMI STATUS CONSILIARII, INSIG. ORDINIS S. STEPHANI REGIS APOSTOLICI PRAELATI, HUJUS ET INS. ORDINIS S. JANUARII M. CRUCIS EQUITIS, ECCLESIASTICAE COMMISSIONIS PRAESIDIS, INCL. COMITATUS STRIGONIENSIS PERPETUI, AC SUPREMI COMITIS, AD EXCELSAM TABULAM SEPTEMVIRALEM COJUDICIS, ACADEMIAE HUNGARICAE DIRIGENTIS SOCII, ACADEMIAE ITEM RELIGIONIS CATHOLICAE COMMEMBRI, NOBILUS CIVIS ROMANI, SS. THEOLOGIAE PENES UNIVERSITATEM VIENENSEM, ET PESTIENSEM DOCTORIS COLLEGIATI

DUM EIDEM PURPURA SACRA ORNATO DIES S. BARTHOLOMAEI PURPURAE SUAE PATRONI PRIMA OMNIUM VICE ILLUCESCERET,

REVERENTER DICATUS

24. Augusti 1874.

STRIGONII,
TYPIS DESCRIPSIT AEGYDIUS HORÁK.

IOANNES SIMOR

CARDINALIS

ANTISTES STRIGONIENSIS

A C

IN PROPRIA PATRIA REGNI

PRINCEPS

VIVAT!!

Chronosticon styli ligati:

EN RVBET AC NITET IN TE PRINCEPS CHARE GALERVS,

ARDET ET ERGA TE NONVS AMORE PIVS!

ODE I.

in memoriam obtenti Romae Galeri Cardinalitii concinnata.

Brumae rigenti quem lyra contulit
Vili sonorum carmine Jubilum,
Aestatis hunc ipsum citare
Conveniens fuit in calore.

Brumale nam quae sub Strigono Polo
Tempus paravit gaudia, nunc ea
Aestivus inter nos aprico
Ardor agit renovata plausu.

Antistes almus, quem Strigonus Thronus
Nobis colendum sistit, ovat recens,
Quem Vaticano de Favore
Stella nitens mage nunc venustat.

Sic est. In ipso hoc Principe-Praesule
Roma reverso clarius, ac prius
Qua pollet effulgens rubescit
Purpureae Rosa Dignitatis.

Praestans sigillo nam veluti suo
Munitur isthaec, quam cano, Dignitas,
Romae novi dum Cardinalis
Imponitur Capiti Galerus.

O quantus honos Purpurei Patris!
Quem **Papa** Summus nonnisi nominat,
Et quem manu tradens Galerum
Ipse quasi satagens coronat.

Hinc jam sacratae nunc quoque **Purpurae**
Prostat Galerus tessera maxima,
Qua noster **Archi-Praesul** actu in
Grande decus Patriae renidet.

O chare **Princeps**, et **Pater** alme! Te
Nunc Roma tinxit Murice plurimo,
Ipsaque quod fudit super Te,
Nunc jubar hoc magis eliquavit.

Succrevit amplo nos apud haec Tua,
Quam contuemur, foenore Gloria,
Haec immo nostra nunc supremum
Attigit in Patria cacumen.!!

Dignare **Princeps** oreque cordeque
Svavis! canenti parcere Cynthio;
Si Purpuram, quae Te perornat,
Discutiat venerans ab ovo.

Quaerat lyrae si per sonitum suae:
Sit plausus hic qua natus origine, et
Quo fonte manavit super Te
Glorificus sine nube fulgor?

At Musa metro promere non valet
Hanc rem nisi tunc, quando chely sua
Ipsum Tui faustum revolvet
Principium probe Praesulatus.

Dum **Petrus** olim, et **Paulus** Apostolus
Pro Lege CHRISTI fundere sangvinem
Gaudebat, et gaudens uterque
Stelligeram meruit Coronam,

Tunc Roma bino principe Martyre
Illustris altum nacta fuit decus,
Fusique de rivo cruoris
Purpureus rutilavit aether!

Ipsa dies haec, quae decus id colit,
Te prima plaudens vidit episcopum
Ter chare nos inter **Joannes**
Muriceo remicans nitore!

Qua luce Petrus cum socio suo
Paulo supernam lauriger in Domum
Transivit, isthaec lux origo
Ordinis est Tibi episcopalis.

Tunc consecratus verus Episcopus
Bini cliens Tu factus Apostoli
Te rite tutelae faventi
Obtuleras reverens Eorum.

Haec Te duorum divite Coelitum
Protexit hucdum cura favonio,
Quo fretus exacte metiris
Calle Tuum stadium secundo.

Aenigma jam nunc id quoquo solvitur:
Cur Roma Tecum foedere strictius
Vinciri, et ardenter poposcit
Te rubeo renitere cocco?

Urbs quippe, summum quae Caput Orbis est,
Dictis sepulchrum praestat Apostolis,
Ac Urbe in hac longum per aevum
Ossibus est requies Eorum.

Hinc Te clientem cordicitus pium
Sacri Sepulchri nectere cum loco
Coelestis intendens super Te
Cura fuit gemini Patroni.

Romae relicta ad Lipsana Te sua
Binus latenter traxit Apostolus:
Ut prosper in Centro patenti
Catholici decoreris Orbis!

Bino fruens hoc auspice Apostolo
Per pacis almae prata virentia
Ingressus es celsum Senatum
Pontificis solio propingvum.

Auspiciis his porro sub optimis
Te jure fandi **Nonus** ibi **Pius**
Instruxit, inque altum regimen
Rite suum simul influendi.

Et magna tanti Christiadum Patris
Quod flagret in Te nunc quoque Charitas,
Ut corde non tardo fateris,
Auspiciis venit ex iisdem.

His ergo **Princeps palmiger**, et **Pater!**
Tutoribus sub cum sis Olympiis!
Pro Gloria Divum decorem
Purpurei patefac Ovatus.

Namque hic Ovatus congruus est Tibi,
Cum sis Sacerdos primus in Hunnia,
O! vive ter sospes, sonove
Laetitiae comitante florens!!

Sub sole vivens exsupera precor
Annis senectam Nestoream Tuis,
Longique condam Praesulatus
Aurea sit pia meta **Missa!**

Id fiat in Te, multa quod effluens
Non vidit aetas, **Vir Venerabilis!!**
Ut vita signetur senilis
Praesuleo Tua **Jubilaeo!!!**

ODE II.

in memoriam obtenti Romae Tituli specialis ab Ecclesia S. Bartholomaei desumpti, nec non Cardinalitiae Dignitati in praelaudato Archi-Praesule adnexi concinnata.

Cui plectra vovit Pieridum Chorus
Festivitatem nunc velut altero
Cernemus erectam sub arcu,
Atque novis radiis coruscam.

Praeter Galerum nam memorabilem,
Quem jure tuto **Purpura** possidet,
Adnexus e praxi vetusta
Est Titulus specialis illi.

Solennis isthaec sors Tituli pii,
Quam pango laetans, jam fuerat prius
Romae peracta, ast haec apud nos
Svavisonum modo praebet Echo.

Septem prius quod compita Collium
Complevit, hoc nunc sub patrio Polo
Fervescit in Strigoniensi
Tripudium peramanter Urbe.

Sed prorsus hac cur se renovent die
Sub nostro eadem climate gaudia?
Si scire vis lector! probatos
Christiadum lege rite fastos. *)

Hac nempe divus **Bartholomaeus** est
Perpessus ingens supplicium die,
Qua praeco dum CHRISTI ferebat
Barbaricae sacra Jussa genti.

O quanta CHRISTUM sponte sequens pius
Tormenta Martyr sensit Apostolus!
Quem torsit ut vivum, cutique
Culter Eum spolians necavit.

Ac ecce! tantus Martyr Apostolus
Quem sancta clarens Aedes in Insula
Romae colit, dicti faventer
Ansa fuit Tituli beata.

Est talis idem nobis Apostolus,
Quo noster armat se duce Jubilus,
Cujusque nomen **Purpuratum**
Irradiat plus adhuc **Joannem.**

*) Juxta Fastos Christiana-Catholicos die 24-a mensis Augusti quot annis memoria S. Bartholomaei Apost. recurrit.

Hoc noster **Archi-Praesul** amabilis
Lucere sanctum Nomen Apostoli
Qua **Cardinalis** praeferenter
In proprio bene vult triumpho.

Hinc jam citatos praeter Apostolos
Praeclare **Princeps! Bartholomaeus** en!
Quod **Papa** clementer probavit,
Tertius est Tibi nunc Patronus.

Optabat ardens hoc Pietas Tua,
Tu nempe dicti Sidus Apostoli
Nascendo praecurrens sacratum
Editus has fueras in auras.

Ejusqe Sidus festum ubi splenduit,
Tu fonte sacro sanctificatus es
Infans, et aeternae Salutis
Initium stabile accepisti.

Non miror ergo, quod fueris vigil
Tutamen hujus poscere Coelitis:
Ut cultus Ejusdem Tuo sit
Purpureo magis auctus Ostro.

Sint Postulati quae reliquae Tui
Causae graves, et pondera quaelibet
Prolatus in supra citata
Sermo Tuus reseravit Urbe. *)

Hunc Coetus adstans biberat auribus
Miratus amplas Mentis opes Tuae,
Atque Ore facundo fluentem
Ingenii radiantis amnem.

Sic laus, patens quam provehit alveus,
In Christiadum Metropoli Tua
Fertur, sed ex ipsa lares ad
Hungariae venit obstupentes.

Coeleste Numen Te fovet intime,
Hinc novas vires summe **Vir inclyte!**
Ut Regis ejusdem Superni
Esse pugil validus perennes.

Ductu Tuo sub coelitus indito
Morale Regnum floreat ut DEI,
Expande veracis, et Archi-
Praesulei pia vela Zeli!

*) Sermo iste ab Eminentissimo Cardinale, et Archi-Praesule nostro dictus, erat in Eccla S. Bartholomaei Romae curae PP. Franciscanorum credita.

Insta per omnem, quo potis es, modum
Ut Clerus illo flammeus igne sit,
Quo CHRISTUS accendi cupivit
Terraqueum vehementer orbem.*)

Commissa Clero tam bene flammeo
Ignita fiet turma Fidelium,
Nec Caula, quam **Pastor** supernus
Constituit, cadet in ruinas.

Ast Tu potenti sub Labaro Crucis
Caulae sacratae contere fortiter
Hostes per astutum paratos
Insidiis tumidos avernum.

Quodsi subin fors ardua pugna se
Conflaret, esto murus aheneus,
Ut fronte Te dura rigentem
Impavidum feriat procella.

Te Petrus, et Te Paulus Apostolus
Et junctus illis Bartholomaeus in
Luctante spectantes agone
Suppetiis subitis juvabunt!!

*) Verba Salvatoris nostri leguntur in Evangelio S. Lucae C. 12. v. 49.: Ignem veni mittere in terram, et quid volo, nisi ut accendatur?

Praeclara demum Nomen ubi Tuum
Pingent amoenis Gesta coloribus,
Ac Te simul post fata reddent
Non dubio celebrem tropaeo,

Tunc Angelorum jungere Coetibus
Sancte beatis, ac Dominum Tuum,
Cui sponte Te totum dicasti,
Magnificans sine fine adora!!!

Cecinit:

Joannes Buday,

A.-Dioec. Strigon. Presbyter.

33

ODE

OCCASIONE SACRI IUBILAEI ANNO 1875. CELEBRATI

EMINENTISSIMO AC REVERENDISSIMO DOMINO

JOANNI

S. R. E. TIT. S. BARTHOLOMAEI IN INSULA PRESBYTERO CARDINALI

SIMOR,

DEI MISERICORDIA, ET APOST. SEDIS GRATIA METROPOLITANAE ECCLESIAE STRIGONIENSIS ARCHI-EPISCOPO, S. SEDIS APOSTOLICAE LEGATO NATO, INCLYTI REGNI HUNGARIAE PRINCIPI PRIMATI, SUMMO ET SECRETARIO CANCELLARIO, S. C. ET R. A. M. ACTUALI INTIMO CONSILIARIO, INS. ORD. S. STEPHANI R. A. PRAELATO, EJUSDEM ORDINIS, ITEM R. SICIL. S. JANUARII MAGNAE CRUCIS EQUITI, ECCLESIASTICAE COMMISSIONIS PRAESIDI, INCL. COM. STRIG. PERPETUO COMITI, ACADEMIAE HUNG. DIRIGENTI SOCIO, ACADEMIAE ITEM RELIGIONIS CATHOLICAE COMMEMBRO, NOBILI CIVI ROMANO, SS. THEOLOGIAE DOCTORI COLLEGIATO etc. etc.

Festo Nativitatis S. Joannis Baptistae

A JOANNE EVANG. KOVÁCS

NÉVEDIENSI PAROCHO

IN PERENNE FILIALIS PIETATIS DOCUMENTUM OBLATA.

NITRIAE,

TYPIS MICHAELIS SIEGLER.

1875.

AD te LeVaVI oCVLos Meos, qVI habItas In CoeLIS.
Psalmo CXXII, v. 1.

Per saeCVLa saeCVLorVM LaVDabVnt te.
Psalmo LXXXIII, v. 5.

Baptista es Primas, baptisans tempora nostra,
Deflexa a vitiis ut meliora petant.
Prosequeris vigilantis opus pastoris, ut omnis
Cauta anno sancto jubila sancta canat.
Errantes quoque quaeris oves, et si invenis illas,
Laetus fers humeris pondera grata Tuis.
Hinc dum sacrato Devotio durat in anno,
Quaeso, Tuo benedic, Praesul amate, gregi.

Quae tam sereno stella micat polo?
Strigonis arcem lumine candido
Circumdecorat, plurimosque
Laetitiae jaculatur ignes.

Solennitatem cerne refulgidam!
Ostro decorus Cardineo Pater
Noster Ioannes ad sacratas
Onomasim celebrabit aras.

Rubente Patres murice splendidi
Gaudent profusis plausibus insiti,
Laetusque Clerus vota promens
Insolitis hilaratur hymnis.

Votis salutant Pannonidum inclyti
Status, et imo pectore gestiunt
Adesse, tam clarum disertis
Laudibus ingeminantque Nomen.

Qui Barsienses incolimus plagas,
Laetamur omnes in Domino, sacrum
Diem celebrantes, amato
Vota decet cecinisse Patri.

Ut rara gemmae munera fulgido
Splendore certant, dicere quin scias,
An haec, vel illa clariorem
Luce sua generent nitorem.

Sic alma Mater, Sponsa Strigonia
Novem Ioannis nomine splendidos,
Virtute plenos gestiebat
Praesuleos habuisse Sponsos.

Deprome, quaeso, Musa, sed illico
Istrogranenses Pannonidum Patres,
Quos Nomen, ac Omen Ioannis
Hungaricum celebrat per orbem

Primus — secundo Rege sub Andrea —
Profundiori mentis acumine
Regnum gubernabat, secundus
Tempore multa brevi peregit.

Prognatus alto stemmate tertius
Quaerit suorum lucra fidelium,
Famam ejus, et partos labores
Arpadicus celebrabat orbis.

Quarto educandos crediderat duos
Heros Joannes Hunyady filios,
Ejusque doctum litterarum
Docta caput redimit corona.

Quintum celebrant tempora Mathiae
Regis, sed ortum stemmate regio
Sextum, puta: Arragoniensem
Cardineum decoravit ostrum.

Cur Musa tardas promere septimum
Natum vetusta stirpe Kutassium,
Virtute celsa clariorem,
Conspicuis meritisque grandem?

BIBLIOTHECA F.M. SIGNUM

Fugit loquacis compita gloriae
Octavus amplis dotibus inclytus,
Fulgere mavult Szatmarini
Littus amans placidae quietis.

Nonus sagaci sollicitudine
Curare rerum fervidus ardua
Coepit triumphos inter amplos
Purpureo decoratus ostro.

Cunctisque semet fecit amabilem,
Dum lance justa semper id egerat,
Ut Civium, Regisque jura,
Atque sacras tueatur aras.

Nomen Joannis jam decimus gerens
Primas pio cum nomine singulas
Novem priorum haereditavit
Pectoris, ingeniique dotes.

O! quam stupendum consilium Dei
In largiendis muneribus suis,
Cum in Te, Simor, Sponsum celebrat
Arpadici pia Mater orbis!

Quid Te, piorum gloria Praesulum
Ad celsa tollam sidera? vel Tuus
Encomiastes esse pergam?
Sol radiis propriis refulget.

Quod sol Olympi fulgidus est plagis,
Quod tuta pressis anchora navibus,
Peregre eunti luna: nobis
Sidereus Pater est Joannes.

Nono Pio quis Te, Hungariae decus,
Cunctosque nisus noverit amplius?
Qui Te, velut gemmam micantem
Cardineam dedit in coronam.

O! qui beatis plaudis in atriis,
Tantisper altis prospice sedibus
Sanctus Joannes, qui sonora
Voce viam Domino parabas!

Adverte, quaeso, luce Tuae sacra
Nativitati Cardineum Patrem
Nostrum, Tuum qui gloriosum
Nomen et omen habet perinde.

Baptista nostri temporis inclytus
Addicta Christo pascit ovilia,
Quo dirigente poeniteus grex
Tendit in atria sancta Coeli.

Quam faustus alto fulget ab aethere
Annus! Supremus Christiadum Pater
Thesaurum inexhaustum universo
Christiadum reseravit orbi.

Istrograensis Pannonidum Sion,
Vetusta Mater! pulchrior undique
Renata sacri Iubilaei
Perge pios resonare cantus.

Olim intonabat regna per Israel
Clangor tubarum, buccina personans
Bis quinque lustris evolutis
Ad pia Jubila provocabat.

Cunctos labores hic operarios
Sistebat annus, quoslibet incolas
Terrae sacrae solenniores
Ursit ad Omnipotentis aras.

Ut jubilarent servus et advena,
Herusque, frugum rura quieverant,
Inculta quam vervacta motu
Dant proprio, segete uterentur.

Sic jobelaeos non sine plausibus
Annos agebant Isacidae pios
Psalmos canentes, umbra nostri,
Quod colimus modo, Jubilaei!

Bis quinque faustis lustra meatibus
Fluxere, summus Christiadum Pater
Leo sacrum quod Jubilaeum
Romuleis celebrabat aris.

O! quae piarum Mater es Urbium,
Tu septicollis Roma, Petri inclyta
Sedes, caput mundi, sacrarum
Praesidium, columenque rerum!

Dic, quaeso, quam ingens Ordo fidelium
Intrabat inter svavia cantica
Ex Urbe, et Orbe convolans, te
Mellifluis recreabat hymnis?

Laetis videbas non sine lacrymis,
Ut Papa sacra veste micans pios
Psallebat hymnos, Jubilarem
Laude pia ingeminabat annum!

O! quanta circum Lumina fulserant!
Ostro rubentes Cardineo Patres
Inter triumphales nitores
Jubila sancta Deo canebant.

Quin et praealto sanguine Regio
Orti supremo pro paradigmate
Illustriores evibrabant
Et fidei, et pietatis ignes.

Ac infulati verticibus Patres
Laetis canebant jubila vocibus,
Sub Jubilaeo visitantes
Et sacra limina Apostoloruin.

Perdulce Clerus praececinit melos,
Quod concinebant agmina civium,
Milesque gaudebat corusco
Se ense piae sociare pompae.

Illinc bonarum copia Virginum
Processit inter svavia cantica,
Sponsoque coelesti pio ore
Candida lilia dedicabat.

Patres et annis, et meritis graves
Piis rigabant aera fletibus,
Parvosque circa se nepotes
Ad sacra jubila provocabant.

Actu Petrinae fulgor Adoreae
Nonus Pius Crux de Cruce provocat
Ad concinendum Jubilaeum
Christiadum populum fidelem.

Cathedra Petri! Pontificum Pio
Nono refulgens! vix Tua personat
Vox provocans, mox elevatis
In sacra tecta volamus alis!

Frustra tuorum corda fidelium
Quis arcet, annum ne recolant sacrum,
Non clamor oris, vox amoris
Clangit in aure Dei potenter.

O! summe coetus Christiadum Pater!
Cui corde subsunt Ortus et Occidens,
Tu veritatis luce totum
Irradias, refovesque mundum.

Ut fons in alto culmine montium
Prognatus undas combibit obvias,
Et tunc abundans copioso
Rore rigat spatiosa prata.

Flores resurgunt, milleque hiantibus
Undas fluentes gutturibus bibunt,
Reditque pristinum quibusvis
Graminibus decus, atque vita.

Sic tangis et Tu sidera vertice
Cathedra Petri! cui data Clavium
Coeli potestas, creditisque
Clavibus astra poli recludis.

Tu de supremo culmine gloriae
Rorem cadentem e corde piissimo
Jesu applicando poenitentem
Nunc vegetas, recreasque mundum.

Quam pulchra crescunt lilia Virginum!
Rubro rigatae sanguine Martyrum
Palmae virescunt, laetiorque
Vera Fides, pietasque floret!

Adverte Christi summe Vicarie
Tibi fidelem Pannoniam! vide,
Ut illa sacri Jubilaei
Mellifluos moduletur hymnos!

E corde factus forma sui gregis
Sacrata templi limina visitat
Primas Joannes poenitentem
Alliciens populum fidelem.

Gavisa tanto sacra cohors Duce
Procedit inter dulcia cantica,
Illustriores evibratque
Corde suo pietatis ignes.

Quacunque longo se movet agmine
Primas amictu Cardineo micans,
Antistitum cinctus corona,
Nobilium, populique turma.

Turres sonorae protinus inclytam
Promunt salutem, laetisonis modis
Solennitatem Jubilarem
Istrogranam celebrant per Urbem.

Ister citato murmure defluus,
Praecelsa montis culmina concinunt,
Laudes Deo sacras per echo
Umbriferae recinuntque sylvae.

Dum consecratum Praesul Amabilis!
Templum subintrat, prociduo genu
Devotus orans, poscit almam
Ecclesiae, patriae salutem.

Hoc nonne viso diffluit omnium
Cor, atque sermo pectore nescius
Muto sedere clamat altum:
„Sancte Deus! miserere nobis!“

Nec civitates svave canunt melos
Solae: ampla frugum rura perambulans
Booz audit, hymnos jubilares
Cuncta mapalia personare.

Quacunque crebris icta fragoribus
Campana concors aethera personat,
Devotionem jubilarem
Attonitas celebrat per aras.

Processiones cerne refulgidas!
Vexilla Christi splendida prodeunt,
Imago Virginis Mariae
Sacra nitore suo refulget.

Spectator horum gestit et illico
Actor videri: currit, et advenit,
Certatque se sua canora
Voce sacrae sociare pompae.

Pastor fidelem sollicitus gregem
Per sacra templi limina ducit, et
Corde expiatis Angelorum
Manna piis manibus propinat.

O! qui Sionem non violabili
In rupe prudens aedificaveras,
Ut contra eam nec inferi vis
Praevalitura subin triumphet!

Accende quodvis Ecclesiae tuae
Amore pectus, jungeque vinculo
Omnes, aberrantesque fratres
In Fidei revoca unitatem.

Optata multo cordis anhelitu
Tardare noli, sed properes dies,
Qua Pastor unus universis
Christicolis sit, et unum ovile.

Jesu Redemtor! Pontificem Pium
Nonum benignus protege quaesumus,
Ut quot cruces, tot gloriosos
Vivus adhuc videat triumphos.

Immota stabit Petra, nec impiis
Cedet procellis. Haec bene quoslibet
Confundet ausus, quos in illam
Perfida vox male suscitavit.

Da, laeta pleno flore repullulet
Oliva, pacis nobile symbolum,
Largire Francisco Josepho
Conspicuos sine nube soles.

Ostro decorum Cardineo diu
Serva Joannem viribus integrum,
Et fac, adaucta non Ei unquam
Fila nigrae resecent sorores.

Tu labis expers Virgo! Deipara!
Patrona Regni Pannonidum! piam
Gentem pie Temet colentem
O! foveas, et ames, ut olim!

O! grande summi Pontificis decus,
Et purpuratae gloria Curiae
Felix Tua cum prole gaude
Arpadici pie Praesul Orbis!

Princeps! opimos cernito Nominis
Dies refulgens in patriae decus,
Ac nostra sumens corda, cede,
Cede Tuam, Pater alme, dextram.

Ut osculemur, qua benedic sacris
Nobis ab aris, dum Tibi fervidis
Accensa votis filialem
Nostra refert pietas amorem.

E.M.

VIGASSÁGI ÜNNEPÉLY,

MELYLYEL

FŐMAGASSÁGU ÉS FŐTISZTELENDŐ BIBORNOK-, HERCZEG-PRIMÁS-,

SIMOR JÁNOS-,

ÉRSEK URUNK- ÉS ATYÁNKNAK

az 1886. Október hó 28-ikára eső

50 éves áldozársági Jubilæumát

MÉLY TISZTELETTEL ÉS FIÚI HÓDOLATTAL

MEGÜLTE

AZ ÉRSEKI FŐGYMNASIUM IFJUSÁGA NAGYSZOMBATBAN.

A nagyszombati érseki főgymnasium

DALÁRDÁJA- S ZENEKARÁNAK

XXV. ACADEMIÁJA

az 1886. évi Október hó 24-án esti 5 órakor.

NAGYSZOMBAT,
WINTER ZSIGMOND BETŰIVEL.

A FÉLSZÁZADOS ÁLDOZÁR-,

A BIBOROS FŐPAP- ÉS FŐPÁSZTOR

ARCZKÉPÉNEK LELEPLEZÉSE.

„Kié e díszes alkotmány?“

Magándal és férfinégyes. Énekli a dalárda zenekisérettel.

Kié e díszes alkotmány;
Kit rejt leple?
Ha nem csal szűm s hű sejtelmem,
Úgy ünnepünk hőse leszen:
Tünjék el hát a burkolat!
Simort zengi karunk dala.
Az ötven éves Áldozár
Éljen sokáig, jó Atyánk!

BEVEZETÉS.

„FIGARO LAKODALMA“ nyitánya *Mozárt A. H.-tól.* Előadja *a zenekar.*

JELSZÓNK:

Dalolni ha kezdünk,
Mindig ez énekünk:
Dicsértessék a Jézus Krisztus!
Mindörökön örökké! Amen.

I. szakasz.

1. Hódoló Zengzet.

Ötös férfikar. Szövegét fömagasságu s főtisztelendő **SIMOR JÁNOS**, Bibornok, Herczeg-primás és Érsek-atyánk **50 éves áldozársága** örvendetes alkalmából irta *Vadász György.* Zenéje *Lachner Vincze-től,* Zengi a *férfikar* zenekisérettel.

Mi zengi által Hunniának
Sok vértől ázott szent terét?
A Kárpátoktól Ádriáig
Mi zeng oly vigan szerteszét?
Honunk minden harangja zúg
S belé zokog az orgona:
Simort az Isten áldja meg
Arany misejét tartja ma!

Félszázad óta osztja széjjel
Az Úrnak dús malasztjait;
Imázott s önsanyargatásban
Munkával tölté napjait.
S mig Istenének áldoza,
Mindenkit hő szivébe zárt:
Simort az Isten áldja meg
Az ötven éves Áldozárt!

Intett; és im serényen épült
Sok templom és sok iskola.
Világa lön világtalannak
S az árvák édes gyámola.
Pazar kézzel osztá széjjel
A jót, mit Istentől kapott:
Simort az Isten áldja meg
A nagy, jótékony főpapot!

Hosanna hát dicső nevének!
Dicsérje öt karunk dala!
Hatoljon mennybe föl az ének
S szálljon le áldás általa!

Jó Istenünk, add meg nekünk,
Mit töled dalban kérünk most:
Éltessed még sok éven át
A jó Atyát, a Bíborost!

2. Magánzongora.

Liszt Ferencz 8. számu Rhapsodiája. Értelmezi *Szamek Károly.*

3. Szaval

Szilárd Gyula.

4. Magánhegedü.

Egyveleg **„Ördög Róbert“**-ből *Meyerbeer* után *Feigler-től.* Játszsza *Hübner Viktor.* Zongorán kiséri *Szamek Károly.*

5. Dics-Hymnus.

Főmagasságu **SIMOR JÁNOS**, Bibornok, Magyarország Herczeg-primása- s esztergomi Érsek úrnak **aranymiséjére** irta *Bogisich Mihály* Zenekiséret mellett énekli *a vegyes kar.*

Dicssugártól fényövezve
Fennen ragyog Sion orma.
Csillagfényből örömkönyet
Hullat reá
Magyarország Nagy-Asszonya.
Ötven éves papi ünnep
Hirét zúgják a harangok
Lelkesedve gyülnek egybe
Ünnepdiszbe'
István népe a magyarok,
Egy gondolat, egy érzelem
Vonul át a hü kebleken.
Ezer szivből száll az ima,
Miljók ajka viszhangozza:
Isten tartsa, Isten áldja,
Lelki jókkal koronázza,
Magyarország Herczegprimás
Áldornagyát, bibornokát.

Szent királyunk városában
Ringott szerény kis-bölcsője,
Magyar Sion ősi vára
Halhatatlan
Müveinek hirdetője,
Szép müvészet, tudománynak
Emelt ékes palotákat
Istenünknek, Szűz-Anyánknak
Hódolattal
Fejedelmi szentegyházat.
Búslakodó özvegyeknek,
Gyermekeknek, szegényeknek.
Feléd kiált áldó szava,
Hallgasd meg azt, égnek Ura!
Isten tartsa, Isten áldja sat.

Hála néked és dicsőség
Oszthatatlan Szentháromság,
És tenéked édes hazánk
Védangyala,
Kinek hódol a magyarság,
Nemzetünknek, szent hitünknek,
Egyházunknak tanitóját
Vezéreljed, támogassad
Főpapodat,
Pázmány Péter nagy utódját.
Feléd sohajt, egek Ura,
Nemzetünknek minden fia,
Ezer szivből száll az ima,
Miljók ajka viszhangozza:
Isten tartsa, Isten áldja sat.

KÖZJÁTÉK.

Egyveleg *Offenbach* **„TULIPATAN“-jából.** Előadja *a zenekar.*

II. szakasz.

1. ‚Deákosdi négyes.‘

Tréfás kettős férfikar franczia-négyes alakjában. Zenéje *Herbek Jánostól.* Előadja a *férfikar* zenekisérettel.

2. Magánzongora.

Valse brillante (2) *Chopintól.* Játszsza *Sikray-Kollmár Imre.*

3. Szaval

Szerémy Lajos.

4. Hegedü-kettes.

Duo concertant *Mazastól.* Vetekedve kedveskednek: *Dobsa Imre* és *Hübner Viktor.*

5. Szózat.

Vörösmarty Mihálytól. Dallamát szerzé *Egressy Béni.* Énekli a *vegyeskar Krausz János* által irt zenekisérettel.

Hazádnak rendületlenül
Légy hive, óh magyar!
Bölcsőd az s majdan sirod is,
Mely ápol s eltakar.
A nagy világon e kivül
Nincsen számodra hely;
Áldjon vagy verjen sors keze:
Itt élned, halnod kell.

Ez a föld, melyen annyiszor
Apáid vére folyt;
Ez, melyhez minden szent nevet
Egy ezred év csatolt.
Itt küzdtenek honért a hös
Árpádnak hadai;
Itt törtek össze rabigát
Hunyadnak karjai.

Szabadság! itten hordozák
Véres zászlóidat,
S elhulltanak legjobbjaink
A hosszú harcz alatt.
És annyi balszerencse közt,
Oly sok viszály után,
Megfogyva bár, de törve nem,
Él nemzet e hazán.

S népek hazája, nagy világ!
Hozzád bátran kiált:
„Egy ezred évi szenvedés
Kér éltet vagy halált!“
Az nem lehet, hogy annyi szív
Hiába onta vért,
S keservben annyi hü kebel
Szakadt meg a honért.

Az nem lehet, hogy ész, erő
És oly szent akarat
Hiába sorvadozzanak
Egy átoksúly alatt.
Még jöni kell, még jöni fog
Egy jobb kor, mely után
Buzgó imádság epedez
Százezrek ajakán.

Vagy jöni fog, ha jöni kell,
A nagyszerü halál,
Hol a temetkezés fölött,
Egy ország vérben áll.
S a sirt, hol nemzet sülyed el,
Népek veszik körül,
S az ember millióinak
Szemében gyászköny ül.

Légy hive rendületlenül
Hazádnak, óh magyar!
Ez éltetöd, s ha elbukál,
Hantjával ez takar.
A nagy világon e kivül
Nincsen számodra hely;
Áldjon vagy verjen sors keze:
Itt élned, halnod kell!

ZÁRADÉK.

Jubiláris Induló. Irta *Krausz János.* Előadja *zenekarunk.*

A dalárda- s zenekari Tagok:

Ballik János, *én.*
Bánóczy Rezső, *én.*
Bauer Mihály, *én.*
Benedikovics Kornél, *én.*
Beninger Antal, *én.*
Beznák Sándor, *én. és zen.*
Bilaszky Károly, *én.*
Bilek Rezső, *én.*
Blahó Pál, *én.*
Bogsch Ágost, *én.*
Boresányi István, *én.*
Bott István, *én.*
Braun Adolf, *zen.*
Brezina Ottó, *én.*
Chrenkó József, *én.*
Christian Béla, *én.*
Csambál András, *én.*
Csambál Ferencz, *én.*
Csch István, *én.*
Cserny János, *zen.*
Dobsa Imre, *én. és zen*
Dohnál Rezső, *én.*
Dömötör Mihály, *én.*
Duschek Ernő, *zen.*
Duschek Győző, *én.*
Ehrengruber Arthur, *én.*
Eisenhut József, *én.*
Eisenhut Nándor, *én.*
Ékes Lajos, *én.*
Ernst Sándor, *én.*
Fandl Mihály, *én.*
Feigler Lajos, *zen.*
Fekete István, *én.*
Figura Ágost, *én.*
Follajtár Károly, *én.*
Franzl Ottó, *zen.*
Fridrik Albert, *zen*
Fried Bernát, *zen.*
Fürstenmiller Ferencz, *én.*
Gazsó András, *zen.*
Gassó Imre, *zen*
Gramling Alajos, *én.*
Guller Ede, *én.*
Hochel Kálmán, *én.*
Hodina Emil, *én.*
Hoffmann Lajos, *én. és zen.*
Holba Ernő, *zen.*
Holbay Kálmán, *én.*
Holeksy Ágost, *én.*
Horácsek János, *én. és zen.*
Horváth Lajos, *én.*
Hübner Ferencz, *én.*
Hübner Viktor, *én. és zen.*
Huszár Ferencz, *én.*
Huszárik Imre, *én.*
Jaeger Géza, *én.*
Jásek Sándor, *én.*
Jeszó Károly, *én.*
Kadlecsik János, *én.*
Kantek Gusztáv, *zen.*
Király Gyula, *én.*
Kittler Arnold, *én.*
Klein Árpád, *zen.*
Klombauer István, *én.*
Koch József, *zen.*
Kojena Ágost, *én.*
Krapf Rezső, *zen.*
Kratkonsky Károly, *én.*
Krausz István, *én.*
Laluda János, *én.*
Laczó Győző, *én.*
Lamos Árpád, *én.*
Lányi Arthur, *én.*
Lassovszky György, *zen.*
Leinicsky Jenő, *zen.*
Levolt Mihály, *én.*
Lipovniczky Pál, *én.*
Löwenstein Antal, *én.*
Máder Sándor, *én.*
Marczell Aladár, *én.*
Marcsek István, *én.*
Martini Ágost, *én.*
Matzenauer Aladár, *én. és zen.*
Matzenauer Oszkár, *én. és zen.*
Möhes Alajos, *én.*
Mihályi Gábor, *én. és zen.*
Moeker Gyula, *én.*
Molnár János, *én.*
Náder Rezső, *zen.*
Nardy Rezső, *én.*
Nemák Arthur, *én.*
Nemák Imre, *én.*
Németh János, *én. és zen.*
Novotny János, *én.*
Nozdroviczky Győző, *zen.*
Ochaba Ágost, *én.*
Oller Ambrus, *én.*
Ossovszky József, *én.*
Oszlik Ferencz, *én.*
Óvári Károly, *én.*
Paldt Jenő, *zen.*
Palugyay István, *én.*
Papousek Ferencz, *én. és zen.*
Pathy János, *én.*
Peczkó Ferencz, *én.*
Pintér Lajos, *én.*
Pintl Károly, *én.*
Polónyi Dezső, *én.*
Pongrácz Sándor, *zen.*
Prágay József, *én.*
Proszkay István, *zen.*
Rajczy Kálmán, *én.*
Raschl Lambert, *én. és zen.*
Rauvstein Kornél, *én.*
Richter Antal, *én.*
Richter Jenő, *én.*
Róder István, *én.*
Rovenszky István, *én.*
Sándor Endre, *én.*
Schiller Gyula, *én. és zen.*
Schiller Ottó, *én.*
Schmidt Imre, *én.*
Sédy Rezső, *én.*
Sényi László, *zen.*
Silkray-Kollmár Imre, *én. és zen.*
Skarnicel Jenő, *én.*
Somogyi Gyula, *én.*
Gr. Starhemberg István, *zen.*
Stohl Kornél, *én.*
Surnovszky Ferencz, *én.*
Svastics Nándor, *zen.*
Szabó Kálmán, *én.*
Szalay Pál, *én.*
Szamek Károly, *zen.*
Szecsény Lajos, *én.*
Szigethy László, *én.*
Szilárd Gyula, *én.*
Szoják György, *én.*
Szoucsek Hugó, *zen.*
Szvoboda József, *én.*
Tartoll János, *én.*
Treszkány József, *én.*
Udvarnoky László, *én.*
Vachó János, *én.*
Vadkerty Gyula, *én.*
Vadász Árpád, *én.*
Vaymár Béla, *én.*
Vaymár Ferencz, *én.*
Valent Mihály, *én.*
Vallner Antal, *én.*
Vistyák Vendel, *én.*
Vörös Ferencz, *én.*
Vrchovszky Sándor, *zen.*
Weisz Mihály, *zen.*
Wertheimer Miksa, *zen.*
Zachar Jeromos, *én.*
Zeitler Sándor, *én.*
Zsurek Sándor, *én.*

Graeffel János,
igazgató

52 35
56
A. Mus. 14

CARMEN SAPPHICUM,

IDQUE ENCOMIASTICUM ET VOTIVUM,
SUMMO MUSARUM MAECENATI,

REVERENDISSIMO ATQUE EXCEL-
LENTISSIMO
DOMINO,

D. JOSEPHO

E COMITIBUS DE

BATTYÁN,

PERPETUO IN NÉMET-UJVAR,

DEI, ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA ARCHIEPISCOPO CALOTSENSI, EPISCOPO TRANSSILVANIENSI, ET COLLEGIATAE ECCLESIAE POSONIENSIS AD SANCTUM MARTINUM PRAEPOSITO,

NEC NON

SACRATISSIMAE CAESAREAE, REGIAE, ET APOSTOLICAE MAJESTATIS STATUS, ET REGII IN PRINCIPATU TRANSSILVANIAE GUBERNII CONSILIARIO, UTROBIQUE ACTUALI AEQUE, ATQUE INTIMO, ITEMQUE INCL. COMITATUS CASTRI FERREI PERPETUO COMITI SUPREMO,

A

COLLEGIO REFORMATORUM CLAUDIOPOLITANO

IN DEVOTISSIMI OBSEQUII TESSERAM
DECANTATUM,

ANNO,

QVO VATES PERFAVSTA CANVNT, ANTISTITE TANTO
DIGNAQVE, QVI GREGIS EST DVX, DECVS, ATQVE PATER.

PRIDIE NONARUM JUNII.

CLAUDIOPOLI.





Heu quid incepto, moveoque Vates,
Inficetum rus redolens, nec ulla
Nobilis Farnaſſide, nec decorus
Tempora Lauru?

Nempe JOSEPHI celebrare Laudes
Eſt mihi Votum, ſed inepta tanto
In meis fibris reſidet vigetque
Vena Labori.

Haud tamen deſpero, metuque frangor;
Namque JOSEPHUS mihi Carmen Ipſe
Suggeret, ceu Materies ſimulque
Carminis Auctor.

Illa, quae BATTYÁNIA Gens vocatur
Pannonum Lingva, viret, alta ſicut
Cedrus, in Caelo ſuperans volantes
Vertice nubes.

Haec dedit Summos Patriae Quirites,
Qui Toga clari, Tunicaque Martis,
Pacis et Belli Patriam Tropaeis
Condecorarunt.

Hinc

Hinc PALATINUS ſatus eſt et ortus,
Splendidum Sêcli Decus, atque Summus
Pannonum Gentis Stator, et Quiritum
Firma Columna.

Hujus eſt Herois Amoena Proles
PRAESUL EXCELLENS, cui Vota fundit,
Principi tanquam Lyricae Catervae,
Noſtra Thalia.

Namque JOSEPHUM licet Ara Sancti
NUMINIS ſervet ſibi conſecratum;
Is tamen Plectrum Lyricosque Verſus
Vincit Horati.

Pindari tentat pariter Labores
Nobili Vena, nitidosque, Smyrna
Quos dedit quondam, pariles et illis
Mantua, Libros.

Plura ſed felix Animus Talenta
PRAESULIS Tanti tenet et recondit,
Quêis nitet, pernox velut inter ignes
Luna minores.

Namque Naturae ſpatiosa novit
Divitis Myſteria: vaſtus Aether,
Pontus, et Tellus, gremio quod abdunt,
Callet ad ungvem.

Maxime Sacris Studiis locuples,
Novit, quae nobis miſeris retexit
De Via noſtrae ſolida Salutis
Conditor Orbis.

In Sacris quae ſunt perarata Libris
Verba, Caeleſti madefacta rore,
Mente conſervat memori, Sacrosque
Promit in Uſus.

Haud Pedum fruſtra gerit, Infulamque;
PRAESULIS Spartam ſiquidem peramplam
Ornat ad Votum Populi Patrumque,
Auſpice Caelo.

Juſtus eſt, Prudens, Sapiens, Piusque:
Cui, quod eſt rectum, maculisque nullis
Horret, id tantum placet; at ſceleſtum
Diſplicet omne.

Alta,

Alta, qua fulget reſidetque, Sedes
Haud Eum faſtu replet, at Benignum
Efficit; nullus ſiquidem recedit
Triſtis ab Illo.

Fert opem preſſis, ut in alta ſurgant;
At gravi freno cohibet nocentes,
Ne Pios vexent: cupit eſſe fractis
Ara Salutis.

Nulla Lux, qua Sol redit e cubili,
Praeterit, quin in miſeros abunde
Aureum PRAESUL Stipis hic Benignus
Depluat imbrem.

ETEOSTICHA VOTIVA,

Quorum quaelibet Pericopa Sapphica, Adonico clauſa,
Numerum complectitur Anni M DCC LX.

o DeCVs, VeRa pIetate gaVDens!
o saCer praesVL! tIbI festVs aether
CVnCta, qVae Voto preCIbVsqVe posCIs,
praebeat VLtro.

VIVe feLIX, nestoreae seneCtae
LVstra pertransI, neqVe te sInIstrae
sortIs aDtIngat fVror; at qVIetVs
transIge VItaM.

serVs In CaeLos reDeas, DIVoqVe
fortIs InterSIs popVLo, tVIs qVI
partIbVs serVIt, proprIe tVoqVe
penDet ab ore.

orbIs eXCeLsVs genItor paterqVe,
qVI poLos terrasqVe faVens gVbernat,
aVDIat pronVs pIa nostra Vota,
et rata reDDat.

FINIS.

58
A II. 14.

EXCELLENTISSIMO AC. REVERENDISSIMO
DOMINO

DN. JOSEPHO

E. COMITIBVS

DE BATTYAN,

PERPETUO IN NEMET - UJVAR, SACRATISSIMÆ CÆSAREÆ REGIÆ & APOSTOLICÆ MAIESTATIS STATUS, & REGII IN PRINCIPATU TRANSSILVANIÆ GUBERNII, CONSILIARIO UTROBIQUE ACTUALIO INTIMO, EPISCOPO TRANSSILVANIENSI, COMITATUS CASTRI FERREI PERPETUO SUPREMO COMITI, COLLEGIATÆ ECCLESIÆ POSONIENSIS AD SANCTUM MARTINUM PRÆPOSITO, NUNC AUTEM CLEMENTISSIME DESIGNATO ARCHIEPISCOPO COLOCZENSI &c.

Post diuturnam expectationem, exortam ex EIUSDEM Adventu lætitiam significare, seque Clementiæ Gratiosissimæ, commendare humilime voluit GYMNASIUM BISTRICIENSE.
Die 28. Mensis Augusti, A. 1760.

ACCLAMATIO
Per Iacobum, & Theophilum, Gymnasii discipulos colloqventes, recitata :

Iacobus :

Salve nostra Salus! Excellentissime BATTYAN!
Salve! quem salvum lxta Niosna videt.
Expectate venis! TVA iam præsentia curas
Sistit, et hunc festum iussit habere diem.
Ah! quibus hanc desideriis exsurgere lucem
Sæpius optavit gens studiosa TVI.
Vix vaga Dacorum volitarat fama per urbes,
Summæ virtutis nuncia lxta TVÆ:
Protinus erigimur, votisque accendimur, et iam
Nil nisi BATTYANI nomen in ore sonat.
Ah! quoties urbes faustas, atque arva Cibini
Exrulimus! Tantum quæ tenuere VIRVM.
Quod fatum extremis, inquam, nos abdidit oris?
BATTYANO ad nostros est via nulla lares?
Sive me ad extremas, rapidus vehat Auster arenas,
Seu vehat ad cuiquam vix adeunda loca:
Perficiam, precibusque polum & cælum omne ciebo,
Ad COMITIS liceat procubuisse pedes.
Interea, veluti votum excipientibus auris,
Haurimus acceptos, aure patente sonos:
Fama canit: Magnum venturum ad nostra Parentem
Limina; corripimus corpora nostra domo;
Proruimus portis hilares, plateasque viasque
Sternimus, optantes tecta subire VIRVM.
Ast ubi iam vultus, sacrataque cernimus ora,
Fortunæ trepidant conscia corda suæ.
Dic age! quæ Tanto, nunc rêre, Theophile, digna
Pendi pro meritis, munera posse Patri?
Parvane delectet magnas Bistricia mentes?
Aut iuvet angustæ tecta subisse casæ?
Aut quæ divinis adsvetæ cantibus aures,
Insveti numeri, duraque Musa trahat?
Non, si teque tuumque, humilis Bistricia quantum est
Offers BATTYANO, munera digna putem!

Theophilus :

Vera equidem! nec dum metuis, laus summa Iacobe!
Te fallit, summi fama decusque VIRI;
Namque hunc Cælipotens, hunc esse THERESIAnobis,
Hunc columen voluit celsaque Roma caput.
At super exiles sic surgunt robora vepres,
Ut beet infirmos arbor opaca locos;
Et nos magna poli exiles, dum cernimus astra,
Spem decet ablecto, corde fovere metu.
Ergo, Celse COMES, nostris celebrabere votis:
Sors TVA quod cœpit, rite perennet iter.
Nostra mitram pietas, lituumque Insigne decorum,
Quæ geris, auctorem, spemque salutis habet.
Ne nos ulla Tuo vellat fortuna precamur,
Pectore, dum sacrum tollit ad astra Caput.
Neve Coloczensis sanctissima Gloria sedis
Sola, sibique Tuam sede recondat opem.
Sed veluti totum Aurora surgente, patentem
Sol superans orbem, lumine signat humum,
Obscuras aperit glebas, et lucis avarum,
Fortius immissa luce, relaxat agrum:
Sic in nostra humiles Te magne exposcimus Heros
Præsidia. Has animus fundit ad æthra preces:
Quo mage summorum conscendes culmina honorum,
Hoc magis, et fas sit, TE coluisse Patrem.
Non visum optabat pietas, visum ardet, & absens
Ardua devoto pectore vota canet;
Vincent nos urbes aliæ splendore, sed urbem
Obsequio nostram, vincere nulla queat!

INSCRIPTIO
Supra Sellam Excellentissimi ac Reverendissimi Hospitis, parieti in hospitio adscripta.

HANC PIA, BATTYANO FVLSI BISTRICIA SEDEM!

Heu! sedet in tenui, res mihi quanta! loco.

Cernitis? augustos Summo de Stemmate vultus,
Et sacra Eximii Præsulis ora Viri?
Cernis, clementem miseris, viresque parantem
Infirmis, facilem corde imitante Deum.
Ne properate precor, neu quæso ad nostra vocati
Gaudia, tam celeres diffugitote dies!
Magna Coloczensis Vos testor Limina Sedis!
Hic mihi sit vestrum fas habuisse Patrem!
Non aliena peto: nescisne THERESIA quantum?
Quid possit Virtus? Roma quid alta queat?
Quum tibi fors placidum Decora ad maiora Parentem
Provehet, hanc ipsam tute rogabis opem.
Nos tenues, Battyane! Deus, fortunaque finxit,
Sed Tui nostra ingens pectora versat amor.
Quidquid erit quo TE colimus, cape lxtus, & inter
Esto tecta memor splendidiora, mei.

BISTRICII,
Typis Christiani Lehmanni.

36

CARMEN

HONORIBUS

ILLUSTRISSIMI AC REVERENDISSIMI DOMINI

STEPHANI LIPOVNICZKY

DE EADEM

DIVINA ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA

CATHEDRALIS ECCLESIAE MAGNO-VARADIENSIS

LATINI RITUS EPISCOPI

SACRAE CAESAREO-REGIAE ET APOSTOLICAE MAIESTATIS

A CONSILIIS

INSIGNIS ORDINIS S. STEPHANI REGIS APOSTOLICI EQUITIS

QUUM

MUNUS SUUM SOLLEMNITER ADIRET

A SCHOLIS PIIS

PROVINCIAE HUNGARIAE ET TRANSILVANIAE

DEVOTISSIME DICATUM

MDCCCLXIX.

PESTINI.
TYPIS JOSEPHI KERTÉSZ.
1869.

Cadit Hesperias Phoebus in undas ;
Sed secreto tramite rursus
Currum solitos vertit ad ortus.

Boethius de Cons. Phil. L. 3 Metro II.



Quum Váradini Pontificis decus
Tenes supremi, Christiadum gregem
Ducturus ad fontem perennem,
Unde salus animis scaturit:

Utrum trochaeos usque volubiles,
An non iambos materiae queat
Aptare mordaces, labanti
Fluctuat hic animo poeta.

Sorti, caducas quae variat vices,
Estque ima in altum tollere pertinax,
Adversa quum mutat secundis,
Conveniunt celeres trochaei;

At vero summis invidiosa, si
Sublime ferri promeritis videns
Deturbat excelsos, severis
Iure manet quatienda iambis.

Haec Te fideli conspiciens gregi
Candoris olim luce nitescere,
Sermone mellitumque docto
Nobilibus populoque carum:

Irretit atris suspicionibus,
Et dira foedae tela calumniae
Intorquet atrox in verendum
Mox Stephani caput immerentis.

Atqui feroces, stamina quae trahunt
Vitae, sorores iam properant opus;
Ni voce displosa Tonantis
Nonnihil attonitae morantur.

Tum nocte furva carceris horridi
Offusus, ut qui munificum iubar
Non dignus aspectat, latebas
In querulos populi dolores.

Herois instar, spicula qui fera
Bello reportat, magnanimus dies
Ducis nefastos, aut, quid erro?
Perpetuam sine luce noctem.

Iam non trochaei, non tragici tua
Decent iambi fata; sed aureo
Alcaeus haec cantanda plectro
Plenius et melius sonabit.

Sunt dura belli, dura fugae mala:
His durior Te sors tetigit; tamen
Impune vastans in futuros
Inscia Te bene durat ictus.

Tentata nam mens ex solido bona,
Et tam timoris libera, quam spei,
Rerum procellas ex ahena,
Tuta sui, speculatur arce.

Non fixa regum postibus obstupet
Arma, aut cruento Marte strepentia;
Nec blandientis tenta sortis
Illecebris trahitur dolosis.

Vigil sereno dum gravitas sedet
Immota vultu, lucra licet queat
Captare non temnenda, vanis
Perpetuo est inimica votis.

Obducat atro sidereas faces
Obscura vel nox vel fera hiems peplo,
Aut nube caligante; nunquam
Luce tamen propria carebunt.

Sic arte pictis num laquearibus,
An vinculorum parietibus tetris
Conluderetur, nesciebat
Carceris hic generosus hospes.

Non ira mentem non pavor eripit,
Non pectus eius dilaniat dolor;
Non ille Fortunae superbae
Ludibrium rabiemve sensit.

Sane tuis Tu, nullius indigus,
Possessus a Te, perfrueris bonis;
Fructu nec urgeris laborum,
Sufficiens Tibi solus uni.

Heres beati non dubius poli,
Collectus in Te clauderis integer,
Fidenter exspectans supremum,
Quod Superi statuere, tempus.

Hoc prorogato saepe diu sinunt
Insigniendos ire per ardua;
Fulgere nec regum volebant,
Ni tudites subeant, coronas.

Sic Te probatum tristibus, asperis,
Mentis profundum, iudicii gravem,
Regique Regno Ecclesiaeque
Consiliis operaque grandem

Fecere summae culmine gloriae
Per alta vectum, splendidioreque
In laude versatum, triumpho
Eximiae radiare vittae.

Iam scande sedem, candidus ut solet
Redire sol post nubila; robore
Virtutis invictaeque firmo
Christicolas moderare: prudens

Cavere, sanis quae noceant; memor
Tenere, morbos quod releget graves;
Et doctus herbas fortiores
Ferre malis nimium protervis.

Fac, ut iuventae cerea in omnia
Fingatur aetas artibus optimis;
Nec desit imbelli, bonorum
Grande decus, pietas senectae.

Curato, constans aedibus ut Dei
Et litterarum sit reverentia,
Splendorque Sanctorum revisat
Foeda nigro simulacra fumo.

Communis illinc in bona quaelibet
Exsurget ardor, multiplici simul
Doctrina, virtus arsque sese
Occipient sociare nexu;

Lyraque quondam veridica feret
Aetas nepotum praecinuisse nos:
Formosa sub Te pristinorum
Christiadum reditura secla.

Emericus Szepesi
e Scholis Piis.

38

ODE

AMPLISSIMIS HONORIBUS ILLUSTRISSIMI AC REVERENDISSIMI

DOMINI DOMINI

GEORGII SCHOPPER,

DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA EPISCOPI ROSNAVIENSIS, REG. SCIENTIARUM UNIVERSIT. PESTINENSIS EMER. RECTORIS MAGNIFICI, AA. LL. ET PHILOS. NEC NON S. S. THEOLOG. PENES UNIVERSIT. PESTINENS. ET VIENNENSEM DOCTORIS COLLEGIATI, SUI QUONDAM RECTORIS CELEBERRIMI

DUM

IN EPISCOPUM DIE 26. MAJI CONSECRARETUR

IN SIGNUM PROFUNDISSIMÆ VENERATIONIS

OBLATA

A COLLEGIO PAZMANIANO

1872.

De gente Pazman ortus et inclyto
Ejus potatus fonte adoleveras;
Memorque virtutum Tuarum
In supero beatorum olympo . . .

Dignum premendis vestigiis suis,
Gnavum regendi Te soboli suae
Dedit ministrum coelitus, qui
Et doceas, et eam gubernes.

Ad ampliorem nunc raperis gregem:
Sionis ad nos usque melos sonat,
Dum fronte cernua peructus
Pacis apostolus aggregaris.

Descendit ardens in gremium Tuum
Coeleste numen, flamma charismatum
Incendit, ardet, — jubilusque
Cordis in alta poli revibrat.

Dilecte coelis Rosnaviae Angele
De monte sacro quando reverteris
Plenus tremenda luce visi
Numinis ac radians salutem,

Amplectitur flens terra pedes tuos, —
Haec terra florens, atque adeo tamen
Pauper! — Sopitae quid supernas
Fundere opes juvat in salutem,

Si corde torpet, munera negligit? —
Quid absque vobis terra valet Dei
Electionis filii? Atra
Vallis erit gemitus, doloris!

Tu voce forti, mente alacri, pia
Virtute pergis vivificam crucem
Praeferre brachio potenti, ut
Corda suo excutias sopore.

Oh quis penetret per sacra cernui
Arcana cordis? Quod fide prospicit
Numen suum totosque coelos
Visceribus teneris tenere!

Quod rore coeli percitum in arduos
Fertur labores, et sacro anhelitu
Divina molitum incalescit,
Applicuitque manus aratro.

Quum nos relinquis tende prius manus
Sacras super nos et benedic Tuae
Pubi! — Beati jam triumphant
Queis vigil Angelus es futurus.

En cuncta plaudunt: Pazmaneum silet...
Nam si loquetur, orba domus Tua:
De almis ovantium triumphis
Illa Suum, illa Patrem reposcet.

Typis Caroli Gerold filii Viennae.

BIBLIOTHECA E.M.

ÖRÖMHANGOK

MÉLTÓSÁGOS ÉS FŐTISZTELENDŐ

MESZLÉNYI GYULA

SZATMÁRI PÜSPÖK

FÖLSZENTELTETÉSE ÉS SZÉKFOGLALÁSA ALKALMÁBÓL.

(1888. ÁPRIL 29.)

Páty Ede.

SZATMÁRTT,
NYOMATOTT LITTECZKY ENDRE „SZABADSAJTÓ" KÖNYVNYOMDÁJÁBAN.
1888.

„Lauda DUCEM et PASTOREM
In hymnis et canticis !“

S. Thomas.

BIBLIOTHECA
F.M.A.
ESZTERGOM

PIA

JOANNIS HÁM

EPISCOPI QUONDAM SZATHMARIENSIS ANIMA

NOVUM SALUTAT ANTISTITEM

AD TUMULUM EXUVIARUM SUARUM CONSECRATUM

Turbati insolitum quae maris anxia
Coepit navis iter, quum vigil aereum
Quondam navita clavum
Felici arripui manu,

Huic cessit volucris navis Jasonis,
Quamquam vellus ovis detulit aureae;
Sed nunc defluus aevo
Sum Magister, et heu ratis

Adversis vehitur fluctibus! Impetu
Vesanus valido verberat Africus
Proram, adhuc solidasque
Antemnas fremitu quatit.

Ah! quis navigii non rudis artium
Se tam vasta maris mittet in aequora? —
Meszlény, spes mea dulcis,
Accersite, precor veni!

Expectate veni, si lacrymae et preces
Te flectunt, animae dimidium meae,
Meszlény, spes mea fortis
Te supplex rogo, remiga! — —

Sunt, qui Socraticis invigilant libris
Clamoso populi sepositi freto;
Sunt, quos mysticus horror,
Aut justi studium juvat;

Sunt et quos meritis ornat honoribus
Doctae gratia linguae, et veterum impigro
Qui conamine libris
Impallescere gestiunt:

Meszlény, Tu tamen et doctus es, et Tua
Virtus aetherei conscia sanguinis
Clavo digna regendo,
Ventorum et rabiem et minas

Demulcere potes; Te ratis optimo
Rectore et rigidis fisa rudentibus
Et spernet maris aestum,
Et multis spoliis gravis

In portum veniet. Stella freti auspice,
Quam fidus colis, o dulce Decus meum,
Ergo nobile mitrae
Pondus sume, precor, lubens.

Et qua sol radiis imminet aestuans,
Et qua bruma riget frigore pallido,
Antistes Tua, *Meszlény*,
Vivet fama perenniter.

Ludovicus Tomcsányi S. J.

Főpásztorunk, Atyánk levél;
Kiválasztott az Urnak szent kegye,
Hogy lelkedet, e lángoló szövétneket,
Öt vármegye tündöklő napjává tegye!

Emelkedél... A szent Sion
Lángszellemed hajnaltüzében ég vala.
S én láttalak! Pacsirtád voltam-é? avagy
Kelő napunk szerencsés hajnalcsillaga?

Én nem tudom. . . De láttalak!
A szent hegyen, hová csodálni kincseket
Zarándokolt a hitnek dalnoka,
Ott láttam én a legszebb kincset, szivedet!

Ott tündökölt, miként a nap,
Mely szótlanul emelkedik s dicsőn...
S bár fellegek torlódjanak is ellene,
Az árva földre áldást hinteni, kijön!...

Ott tündökölt miként szeráf,
Mely földre szállt s vidáman osztja szét,
Mit szárnyain hozott: az üdvhadak
Egetvivó fényes fegyverzetét!...

Óh mily gyönyör volt látni ott
A leviták fegyverkező hadát!
Mint lelkesült körödben annyi hős,
A szent aczélt mily hévvel, tűzzel forgaták!

Óh mily gyönyör volt hallani,
A szent dalok vidám csengéseit
Dunánk fölött, az ősi halmokon,
Hol szellemed ihlé az ifjak ezreit!

Meg-megjelent Sionnak ősz
S már biboros nagy Őre, jobbodon...
Gyönyörködött s kegygyel legelteté
Szemét a hős, a lelkes táboron!

És megjelent a nagy Király,
Hogy résztvegyen e Főpap ünnepén...
S elbűvöléd, Ő is csodálkozott
Az ifju had dicső vezérletén!...

És ez tevé fejedre a
Szent infulát és igy kapott megyénk
Atyát, milyet a legjobb szivvel is
Csak kérheténk, de nem remélheténk!

S már itt ragyogsz! itt tündökölsz!
Főpásztorunk, Atyánk, Isten hozott!
Jézus nevében jöjj, tanits tehát,
Oktass, vezess, mig kebled ég s szived dobog!

Légy mint a nap, mely fénykörét
Sugárral és meleggel hatja át!
S mely hű miként az Isten őrszeme...
Nem hagyja el soha csillagzatát!

Pály Ede.

Mily örömre keltő, ünnepi, szent hangok!
Mily vidám zengéssel szólnak a harangok!
A fény, mely betölti a szentegyház keblét,
Mint tavaszi hajnal, szeliden dereng szét.
A hivők epedve, szivdobogva várnak;
Fölragyog az arczon sugara a vágynak.
„Közelg a Főpásztor!“ — hangzik szájról-szájra,
S az öröm elárad, szivről-szivre szállva.
Im, jő a Főpásztor, a hivő nép Atyja,
Ki, mint egykor Áron, Izrael főpapja,
Népének körében kiván fölkenetni
Az Ur hajlékában, s ott fölszenteltetni.

2.

Az orgona hangja zengve tovaterjed;
A hivő nép lelke áhitatra gerjed.
Szemeikben föl-fölragyognak a könyek,
Igaz hirnökei a tiszta örömnek.
Ájtatos fohászok árjától kisérve,
Vonul a Főpásztor az Ur szentélyébe.
Szétragyog világa Isten oltárának,
Mint a malaszt fénye, mely onnan kiárad.

3.

Az Ur szine előtt magát megalázva,
S főpapi öltönynyel föl levén ruházva,
Imát rebeg halkan az ég Istenének,
Mialatt fohászként fölzendül az ének:
Mindenható Atya, kit az ég s föld áldnak,
Tekintsd apostoli, választott szolgádat!
Szenteld meg Őt égi kegyed harmatával,
Áraszd el malasztod áldó sugarával!
A főpapi öltöny ékes tündöklése
Jó lelkének legyen visszatükrözése,
Hogy a nép, mely Tőle várja oktatását,
Tetteiben lássa annak ragyogását!

4.

Ezután leborul jámbor érzülettel,
S fölkenetik a szent, illatos kenettel.
Részesül az égnek áldó kegyelmében
Az Atya és Fiu s Szentlélek nevében.
Körülövezi Őt az Ur kegyelmével,
Mint derült egének csillagát dicsfénynyel,
Hogy világossága legyen a világnak,
Vezérlő pásztora a keresztény nyájnak;
S hogy amiket megáld, amiket megszentel,
Meg legyenek áldva égi kegyelmekkel;
S kire fölkent kezét kiterjeszti áldón,
Áldása a lélek üdvére szolgáljon.

5.

Most a szent oltárnak zsámolyára lép fel,
S főpásztori botját érinti kezével;
Mint ki hivatva van itélni, fenyitni,
Nyáját kormányozni, hitben egyesitni.
És fölszáll a fohász, mint az illat árja:
Tekints, Uram, fölkent Apostol-szolgádra,
Hogy szerető gonddal kormányozza népét,
Szeme előtt tartván annak üdvösségét.
Ne tartsa — vizsgálván erényt és vétséget —
A fényt sötétségnek, és a homályt fénynek;
A jóra törekvőt buzditván, szeresse,
Az eltévedezőt intvén, meg ne vesse!

6.

El lévén jegyezve Krisztus egyházának,
Gyürüt von jobbjára zálogul szavának;
Megáldva Jézusnak legszentebb nevében,
Melyet hirdet ajkkal és imád szivében;
Hogy fölékesitve a hűség jelével,
Egyesülve legyen hitben jegyesével;
Szeretvén választott, isteni arájat,
Mint Krisztus szereti, anyaszentegyházát:
Szeplőtelen szivvel, igaz érzülettel,
Változatlan hévvel, buzgó szeretettel,
Mely kész áldozatra, hiven mind halálig,
Mint Golgotha Hőse, vére hullásáig.

7.

Végül a szent Mitra tétetik fejére,
Az üdv sisakjának magasztos jelvénye,
Hogy, mint Mózes arcza a Szína-hegy ormán
Isten fönségének fényétől ragyogván,
A pártos Izraelt, — állván ő előtte —
Rettegés fogá el, s bánat szállt szivébe:
Ugy, aki sikra száll az igaz hit ellen,
Az üdv jelét látván, bünbánatra keljen;
S hódoljon az igaz hit Apostolának,
Mint az örök Ige fölkent bajnokának.

8.

Igy fölékesitve az ég kegyelmével,
Az üdv és igazság összes fegyverével,
Az Ur oltáránál hő fohászszal állva,
Főpásztori áldást ad a hivő nyájra.
És a szentegyházban zeng a hála-ének:
Dicséret és áldás az ég Istenének,
Akit az angyalok, szerafok imádnak,
Szentnek magasztalnak s mindörökké áldnak!
S mialatt a hivek a kegyes Istennek
Elragadtatással dicséneket zengnek,
Hálásan tárják ki szivök boldogságát:
Atyát adott az ég! Már nem vagyunk árvák!

Beregi Sándor.

Zengenek a zászlók vidám lebegéssel,
Zúgnak a harangok örömet hirdetve,
Nagy elődök sírján a hű utód térdel
Isten oltáránál buzgón esedezve:
„Szállj le reám, szállj le Szentlélek Ur Isten,
Mert malasztod nélkül világosság nincsen.

Világosságért esd lelkem gondolatja,
Nem a dicsőségnek röpke sugaráért,
Hanem mely leszállott az apostolokra,
A te örök fényed mennyei lángjáért!
Szállj le reám, szállj le Szentlélek Ur Isten,
Mert malasztod nélkül világosság nincsen!“

És leszáll a Lélek... és ragyog a szentély,
S elmereng az Urnak kedves Választottja;
Nincs előtte homály, nincs előtte rejtély,
Belát a legmélyebb, legszentebb titokba!
Csöndes alázattal rebegi hő nyelve:
„Óh szent világosság! Óh Isten kegyelme!“

Lengenek a zászlók vidám lebegéssel,
Zúgnak a harangok örömet hirdetve,
Nagy elődök sirján a hü utód térdel
Isten oltáránál buzgón esedezve:
„Szállj le reám, szállj le Szentlélek Ur Isten,
Mert malasztod nélkül bennem erő nincsen!

Erősits meg engem, hisz' te vagy a szent tüz,
Ki a gyönge sarat sziklává égetted!
Apostol és mártyr, a hitvalló és szüz
Te általad nyertek erőt és tebenned!
Szállj le reám, szállj le Szentlélek Ur Isten,
Mert malasztod nélkül bennem erő nincsen!"

És leszáll a Lélek, az isteni szikra,
Mely gyujt, éget, hevit, világokat mozgat,
És megerősiti, hogy miként a szikla
Álljon a keresztnél!... Már nem ingadozhat!
Csöndes alázattal rebegi hő nyelve:
„Óh én erősségem! Óh Isten kegyelme!"

Lengenek a zászlók vidám lebegéssel,
Zúgnak a harangok örömet hirdetve,
Nagy elődök sirján a hü utód térdel
Isten oltáránál buzgón esedezve:
„Szállj le reám, szállj le Szentlélek Ur Isten,
Mert malasztod nélkül nyugodalmam nincsen!

Jöjj, lakozzál bennem béke szent galambja,
Hozd el a reménység kedves olajágát!
Szivemet a hő vágy feléd nyitogatja,
Szüntesd remegését, csendesitsd aggályát!
Szállj le reám, szállj le Szentlélek Ur Isten,
Mert malasztod nélkül nyugodalmam nincsen!"

És leszáll a Lélek...és kiköt már a sziv
A megnyugvás üde, csöndes Ararátján!
S fölkél a Választott, szent áldozatra hiv,
Mint Noách egy uj föld s uj élet határán!
És kigyul az öröm fényes szivárványa
S száll a tömjénillat föl a magasságba!

S lengenek a zászlók vidám lebegéssel,
Zúgnak a harangok s zúg ezernyi ember
Áradozó szivvel, szent lelkesedéssel,
Miként zúg az erdő s a megmozdult tenger,
S beleszól az egyház bűvös orgonája:
Minden hivő lélek a jó Istent áldja!

Pály Ede.



ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO

DOMINO

JULIO MESZLÉNYI

DE EADEM

EPISCOPO SZATHMARINENSI

QUUM III. KAL. MAJI SOLENNITER CONSECRARETUR

D. D. D.

Convictus Societatis Jesu.

SZATHMARINI 1888.
TYPIS JOANNIS MOLNÁR.

„Serus in coelum redeas diuque
Laetus intersis populo ..."
Horat. I. 2.

BIBLIOTECA E.M.

Non semper aeri bruma rigens gelu
Stringit tenaci flumina compede,
Silvasque formososque tristi
Excidio populatur hortos;

Non coeca semper fulmineos tenent
Duella ventos, sed solitam aequora
Superba spirant saepe pacem
Imperio potiore flexa:

Mittamus et nos fundere pectore
Moesto querelas, queis nimium diu
Urbs nostra Laurentium solutis
Crinibus illacrymans poposcit.

Videtis? ut se nubila dividunt,
Sacrique splendent verticis infulae
Ad usque nascentis diei
Opprobrium dedecusque solis;

Et publicarum more decemplicis
Stratum viarum scinditur Appiae,
Et crebra certatim modesto
Turba fluit refluitque fluxu:

Cui namque laeto sidera lumine
Risere, molli quem placidi sinu
Fovere nascentem Superni,
Ne rigida violetur aura;

Cui ductus alte sanguis, et inclytae
Longo sequentes ordine imagines,
Chartaeque signantes parentum
Facta, domus monumenta magnae

Monstrant avito nobile iter gradu
Virtutis, — aris murice fulgidus
Meszlény coronatur triumpho
Pro populo populi salute.

Hic ille **Meszlény**, quo melius nihil
Sol noster alto vidit ab aethere;
Hic ille **Meszlény** Praesul, urbis
Deliciaeque decusque nostrae.

IVLIo.

TERQVE. QVATERQVE. BEATI.

CORDA. VOVEMVS. CONSECRATO.

BIBLIOTHECA E.M. SEMINARII

AZ ÖRÖM

VISSZHANGJA

MÉLTÓSÁGOS ÉS FŐTISZTELENDŐ

MESZLÉNYI GYULA

SZATMÁRI PÜSPÖK

FÖLSZENTELTETÉSE ÜNNEPÉN,

„Szűz Mária virágos kertjé"-ben.

Rózsy kálmándol.

Kalocsán, 1888.
Nyomatott Holmeyer Ferencz könyvnyomdájában.

Satis dolori, — jam satis et super
Datum querelis! Szathmariensium
Grex pone luctum! fer coronas!
Casta Deum tetigere vota. —

Parate sertum: Marmaros, Ungh, Bereg!
Szamos, Tibiscus flumina, murmure
Nunc Julium desideratum
Tergemino celebrate Patrem!

Nunc orta Cantus magnifici seges
Ultro Mariae sollicitat lyram:
Claro Clienti ferre dona,
Quae genuit Marianus hortus.

Dudum regendis dextra negotiis
Assueta, culmen nunc tenet infulae
Dignumque sacrato sudore
Perficiet fidei viretum,

Quod primus ardens excoluit Fischer
Auxitque celsum cor Klobusiczkyi,
Quam splendida Hámi dextra cinxit
Haasque, Biró, celeberque Schlauchius

Sponsam colebant: Tu quoque prospero
Sponsam hanc amabis connubio piam;
Pacis, salutis, faustitatis
Dona ferens cumulata in aris!

Huc Te supremus Dux Leo, lux poli
Princepsque pacis miserat Angelum:
Per Te sacratae sustineri
Jura jubens fidei Crucisque.

Hac Szathmarini dux pater et gregis
Tu Juli! Averni frange caput fide;
Hac, Corda mundo subjugata
Fortiter occupa amoris armis!

Sic Magna Regni Te Domina adjuvet
Sic Numinis Cor praemia conferat,
Dum nos: „Mariae hortus“, modesta
Thura Tibi serimus rosarum!

COLOMANNUS ROSTY S. J.

Mária-kerti koszorú.

Mely bokrosan húll most dicső fejedre, —
A sok diszes öröm-füzér között:
E „Mária-kert“ adóját nem feledve,
Kis hála-csokrot áldva kötözött;
Hisz hajnalán Te voltál napvilága:
Nyiljon neked hát hódoló virága!

Vedd szívesen e gyöngyvirágcsa-szálat,
Mely szűz Anyánk dal-berkein fakad;
Szebb égi testvért fog találni Nálad:
Hisz Mária viránya vagy magad...
Hol dús erények ragyogó füzére
Nőtt Mária szerelmi nap-tüzére.

Szivedben ég a rózsa bíbor árja:
Iránta hő, fiúi érzelem;
S kél liliom, mely hó-ölét kitárja
Hozzá, kinél a szűz erény terem:
S alázatának képe, kék ibolyka...
Mely nyájas arczod völgyein mosolyga.

S e lelki kert: a Szűz erény-viránya
Bájillatát elönti ajkadon,
Mely mint a május ihlett csalogánya
Zeng Máriát dicsérő hangzaton;
Szónoklatod: ezüst folyásu csermely . . .
Száz Márja-bimbót harmatozva termel.

A szende zárdák, ifju papi lelkek,
Erős Komárom s ős magyar Sion
Tebenned a Szűz látnokára leltek
S érzék, hogy él a máriai hon!
Példád, igéd, imád: a menny csirája:
Édent keleszt a szívben, hullva rája.

Igy lől magad a Szűz kegyelmi kerte,
Pályádon így nőtt néki szép füzér:
Melyet kiosztva dúsan, hazaszerte
A Szűz szelíd oltárira tüzél;
S most ím a Szűz e sok virág fejében
Fejedre mitrát font belőle szépen!

Font pálmagallyat, mely hevít csatára
A hitre torladt démon-ostromon:
Nehogy az észgőg s szenvedély vad árja
A trónon üljön s tört oltár-romon?!
De fon babért is: mert hős viadalmad
Legyőzi a hit- s honra tört hatalmat.

S buza-kalászt fon s méznedűs gerézdet
Üdv-koszorúnak oltárod köré;
S mirrhát szivedre, mely sajogva részt vett
Ha szép hazánkat balsors megtöré...
S olaj-füzért, hogy légy remény galambja:
Ha zúg a bosszus ég vihar-harangja.

S a Szűz kezével infuládra fontuk
Mi is e bimbót, hála-zálogúl...
S e gyöngyharangcsák hangján esdve mondtuk:
„Élj Márja püspöke, élj boldogúl!
Szatmár legyen kezedtől Mária-Kertje:
És égi koszorút Ő tőle nyerj Te!!!“

Zengé
ROSTY KÁLMÁN S. J.,
a „Mária-Kert“ munkatársa.

E.M.K.

42

ÖRVENDEZÉS,

MIDŐN

Ő MÉLTÓSÁGA

FŐ TISZTELENDŐ

BÁRÓ PERÉN IMRE ÚR,

BÁCSI VÁLOSZTOTT

PÜSPÖK,

AZ

ESZTERGOMI ÉRSEKSÉG'

NAGY PRÉPOSTJA ÉS KANONOKJA,

NEMES, ÉS SZABAD NAGY-SZOMBATI KIRÁLYI VÁROS'

LELKI FŐ PÁSZTORA,

AZ

ESZTERGOMI ÉRSEKSÉG'

ÜRESSÉGÉVEL A' LELKIEKBENN

VICÁRIUSSA,

ÉS AZ ANYA-SZENT-EGYHÁZOT ILLETŐ ÜGYÉSZI DOLGOKNAK

KÁPTOLONI FŐ MEG-HALGATÓJA,

EZER NYOLTZ-SZÁZ TIZENÖTÖDIK ESZTENDŐ' SZ. ANDRÁS HAVÁNAK

HATODIK NAPJÁN

ŐSZBE BORULTT BETSES ÖREGSÉGÉBENN,

LEG-JOBB EGÉSSÉGGEL ÜLNÉ A'

NEVÉRE EMLÉKEZTETŐ NAPOT.

NAGY-SZOMBATBAN,

JELINEK VENTZEL BETŰIVEL.

Amplectenda est, et amanda Senectus. *Seneca epist.* 12.

Ölelést, és szeretetet érdemel az ÖREGSÉG.

ÖRVENDETES nagy nap! olly nap, mellynek disszét, 's fényességét, az üdönek leg-később folyása sem homálosíthatja-meg.

Hogy'-is homálosíthatná? a' mikor ERDÉLNEK öröme, MAGYAR ORSZÁGNAK pedig kegyes édes ATTYA, BÁRÓ PERÉN IMRE ÚR, öszbe borultt Betses ÖREGSÉGÉBENN leg-jobb egésséggel üli NEVÉRE emlékeztető NAPJÁT.

Ö az, a' ki után méltán fájhat az ERDÉLNEK szive, de egyszer'smind a' tiszta édes örömbenn olvadozhat kedve, mert halhatatlan emlékezetre méltó FŐ NEMZETE a' Hitnek, a' Királynak, az Országnak, talpon álló bölts jó Fejeket ada.

Szelidségét, igasságát, kegyességét, és helyes lelki kormányozását fő' mély meg-hajtással bötsüli minden az, a' ki érti PÉTER' Hajócskáját.

Szerentsés tehát e' nagy nap, hogy kötelessége szerént mondhatja AZONNAK: - - - *Tudom, hogy szeretz. De TE sem kételkedtz abbann, hogy én-is viszontag seretlek TÉGED!* *

Szerentsés minden! kitsiny, és NAGY, a' kiket az igaz szeretet ébbreszt e' mondásra:

ESZTERGOM'
FŐ ÖZVEGY SZENT-HÁZÁNAK
ÖLELÉST, ÉS SZERETETT ÉRDEMLETT
JEGYESSE'
B Á R Ó P E R É N I M R E,
MINDENNEK ÖRÖMÉRE MÉG-TOVÁBB-IS LEG-SZERENTSÉSSEBBENN
É L J E N!

---

* Murat.

43

VECTIGAL VENERATIONIS

ILLUSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO DOMINO:

JOSEPHO DURGUTH,

SUAE SANCTITATIS SUMMI PONTIFICIS

PRAELATO DOMESTICO,

ABBATI S. GREGORII DE COLOCZA, PRAEPOSITO S. GEORGII DE VIRIDI CAMPO STRIGONIENSI, E. M. STRIG. CANONICO, ET ARCHI-DIACONO CATHEDRALI EMINENTISSIMI, AC REVERENDISSIMI DNI CARDINALIS, PRINCIPIS, PRIMATIS, ET ARCHI-EPISCOPI STRIGONIENSIS IN SPIRITUALIBUS VICARIO CATH. ET CAUSARUM AUDITORI GENERALI, STUDII THEOLOGICI IN SEMINARIO STRIG. PRODIRECTORI, AA. LL. ET PHILOSOPHIAE, ITEM S. S. THEOLOGIAE DOCTORI JUBILAEO COLLEGIATO

OCCASIONE ILLA,

DUM IN SUFFRAGANEUM PRAEHONORATI ARCHI-PRAESULIS

EPISCOPUM

DE SION

CONSECRARETUR

NOMINE CLERI CURATI PER A.-DIOECESIM STRIG. DISPERSI

CANTU METRIO DEPENSUM.

TYRNAVIAE,

LITERIS SIGISMUNDI WINTER.

En noVVs In VeterI saCratVr EpIsCopVs Vrbe,

EXVLtatqVe sVo LVMIne festa DIes!

Soli DEO quae Mens bene conscia
Gestit placere, et praemia nonnisi
Aeterna quaerit, nec beari
Terrigeno cupit ex ovatu

Ignota crebro quam latet intime!
Et pulchra Virtus quandoque pulvere
Se gaudet in terris opertam,
Plausigeras neque poscit auras.

Summus sed Orbis Rector, et Arbiter
Velo perenni non sinit hanc tegi,
Nec semper occultam manere,
Quae rutilat probitate Gemmam.

Nam vecta in altum spargere latius
Virtus id, est quo plena, potest jubar,
Atque orbis exemplum refulgens
Conspicuo ponit in theatro.

Hanc veritatem publicus innuit
Eventus ipso sole patentior:
Nam testis ejusdem nitenti
En Vir adest radians ab Ostro.

O! praebe mites Vir Venerabilis
Aures canenti Temet Apollini,
Et Te colentes gratulando
Obsequium sine dare Nymphas.

Pazmaneo Te prima suum decus
Fulcita portu nacta fuit Domus,
Tu nempe Praefectus Sacrorum
Clarus eras ibi Studiorum.

Mox Aula splendens Hungariae quoque
PRIMATIS in Te se Juvenem suis
Laetata nancisci peraptum
Officiis celer advocavit.

Annis morans hic pluribus, integer
Vitae Sacerdos Tu fieri magis
Lucerna, quam CHRISTUS tuetur,
In proprio cupiisti Ovili.

Sic comparatus, nec sine pondere
Isti (vacans tunc quod fuit Oppidum)
Ad Sellye, gesturus localis
Munus ibi Parochi decorum.

Te zelus ardens hicce Domus DEI
Exedit omni, quo potuit modo,
Et cordis internas adussit
Sancta Tui cito fax medullas.

Justas amusses ferre salubriter
Non negligebas: ut valeant piae
Fervere Confraternitates,
Et populi proba mens foveri.

Sic poenitentem crescere spiritum
Cernens, avebas Angelici famem
Augere Panis, sempiternae
Qui colitur velut arrha vitae! [1])

Tum Numen altum ut rite sonantibus
Laudetur hymnis, Cantus Olympio
Ut junctus in terris perennet
Tripudio, simul ut fidelis

Turmae precantum Gratia Coelica
Torrente largo corda revinciat,
Haec inter haud paucos labores,
Cura fuit Tua principalis,

Agnus DEI, quem de stygiis pie
Fuso resolvit Sangvine vinculis,
Tu totus annoso redempti
Forma gregis fueras ducatu.

Sellyensis exhinc vidit amabile
Lucenter Orbis Te Caput, et Ducem
Districtualis Charitate
Ingenua copulante Cleri.

Fratres regebas quum moderamine
Semper decenti, tum sapientibus
Si quando Censorem vocarunt,
Consiliis quoque profuisti.

Hinc Te Senatus Principis Humniae
Antistitis mox sponte poposcerat
Spectare Collegam, suove
In viduo residere Stallo.

Quam dives amplis es meritis diu
Strigoniensis qua Incola patriae,
Quam multa decursu secundo
Gloria Te vehit elevatum!!

Te noster Archi-Praesul habet suum
Plaudente Sacro Monte Vicarium,
Et fasce Te Coetus rubenti
Praecipuam numerat Columnam.

Laurus vetustis inclyta juribus,
Frontem venustat MAXIME VIR! Tuam, [2])
Quam gnavus in sacratiori
Palladio meritus fuisti:

Sacrae Juventae, quae Studiis vacat,
Hinc Tu probato flore Scientiae
De rebus aeternis agentis
Praesidium geris actuale. [3])

NONI coruscas fulgidius PII
Praelatus aucta laude Domesticus
Ac Nomen in fastis perenne
Roma Tuum leget aestimandis!

BIBLIOTHECA E.M.P. STRIGONII

Tot post honores Te mage splendidum
Distinguit Astrum, Luxque micantior
Circumdat ornatu merentem
Praesuleae nova Dignitatis.

Magnum tryumpho nomen Episcopi
Gestabis amplo, grandis enim Tibi
Confertur a CHRISTO sacrati
Ordinis in stadio potestas.

Servos DEI mox chrysmate Pontifex
Fungens inunges, dum cupientibus
Altaribus, quos consecrabis,
Plenipotens tribues Ministros.

Ut porro svavi subjiciant jugo
CHRISTI Fideles colla perenniter,
His promptus impendes peraeque
Mirificam Pater Unctionem [1])

Quamquam malignus saeviet acriter
Mundus, suo quem pro socio tenet
Jam dudum avernus, comminando
Salvificae Fidei ruinam:

CHRISTI tamen Grex impavido Crucem
Stabit salutans pectore, quem Tua
Firmabit arcano vigore,
A Superis veniente, Dextra.

Ut possis actu tali Animas Bonis
Implere multas spiritualibus,
Dignatus est clemens recentem
Hunccc DEUS reserare campum.

Et digne prorsus. Nam Tu hominum quoque,
Quod fama vulgat, rarus egentia
In temporali fis frequenter
Per varias Benefactor oras.

Complurium Te sollicitum tenet
De sorte semper vivida Charitas,
Nec Te beatum sentis unquam,
Ni valeas fieri beator.

Mystis DEI quot, quos gravior sui
Victus egestas presserat, Angelus
Custos fuisti! prompte eosdem
Munifico recreans favore!

De Stirpe lajca Tu quoties simul,
Classi gementi collachrymatus es!
Gaudere svetus, si Tuis in
Comperiit loculis juvamen.

Plures at obstans quem verecundia,
Ne sint apricae, contineat preces,
Tu ferre clam moestis medelam
Mellifluo properas amore.

Hinc est, cohors quod turmaque pauperum
Vivum diu Te postulet, et Tibi
Exposcat a summo Tonante
Coelipluam benedictionem.

Carpsere fructum vota gementium,
Cum vita longi sit Tibi staminis,
Nec triste grandaevo facessat
Aggravium viridis senectus.

Jam Missa per Te est Aurea Numini
Oblata celsos, [2]) Tu vegetus tamen
Fers pondus assumpti valenter
Officii, fugiens quietem.

Ergo Poli tot tute favoribus
VIR MAGNE! faustos vive diu dies,
Ut vita multorum salutis
Sit tua dux, rutilumve sidus!

Nunquam quidem Tu flammigeros tuo
Aestus honoris terrigeni sinu
Abscondis, attactum salutans
Fronte gradum Decoris modesta.

Ast nos precari quilibet id Tibi
Candore mentis stringimur intimo:
Si quae Dioecesis vacaret,
Sponsa simul Tua nuncietur!

Dum plura demum fertilis actibus
Claris senectae lustra peregeris:
Divulsus humanis ab auris
Siderea fruitor Palaestra!!

Fluxere nostris ex animis pio
O FAUTOR! e[illegible]su sensa fidelia,
Sic nempe nos Temet decebat
Ingenuo celebrare cultu.

Cultus sed hujus publica tessera
Sit carmen isthoc, sint simul oscula
Impressa, quae grati dicamus,
Praesuleis Manibus sigilla.

Cecinit

Josephus Buday,

A. Dioecesis Strig. Presbyter.

BIBLIOTHECA E.M.E.

[1]) Per pias sodalitates usum Sacramenti Poenitentiae, ac Eucharistiae apud Catholicas Communitates crebriorem effici dubio vacat.
[2]) Neo-consecratus Praesul est Philosophiae, item i. SS. Theologiae Doctor.
[3]) Est actu Studii Theologici in Seminario A-Episcopali Pro-Director.
[4]) Sacramentum Confirmationis.
[5]) Jubilaeum Presbyterale ab Illustr. Dno Episcopo celebratum est mense Novembri a 1862.

ODE

HONORIBUS

ILLUSTRISSIMI AC REVERENDISSIMI DOMINI

STEPHANI MAJER,

El. EPISCOPI STAGNENSIS,

SUMMI PONTIFICIS PRAELATI DOMESTICI, PRAEPOSITI S. STEPHANI DE CASTRO STRIGONIENSI, ABBATIS S. BENEDICTI PROPE STRIGONIUM, E. METR. STRIG. CANONICI ET ARCHIDIACONI CATHEDRALIS.

EM. AC. R. D. CARD. PRINCIPIS PRIMATIS ET A. EP. STRIGONIENSIS IN SPIRITUALIBUS VICARII,

I. ORD. LEOPOLDI IMP. CORONAE ITEM FERREAE III. CLASSIS EQUITIS SS. THEOL. DOCTORIS COLLEGATI etc. etc.

MAGNATIS DE JUVENTUTE PATRIA ET PATRIIS LITTERIS LONGE MERITISSIMI,

QUUM QUA SCRIPTOR ET LITTERATURAE HUNGARICAE INCREMENTA PROMOTOR

ANNUM 50. STRIGONII JUBILANS AGERET,

A SCHOLIS PIIS NITRIENSIBUS

D. D.

DIE 20. SEPT. 1885.

TYPIS SCHOLAE PIARUM NITRIAE.

ODE

HONORIBUS

ILLUSTRISSIMI AC REVERENDISSIMI DOMINI

STEPHANI MAJER,

EL. EPISCOPI STAGHENSIS,

SUMMI PONTIFICIS PRAELATI DOMESTICI, PRAEPOSITI S. STEPHANI DE CASTRO STRIGONIENSI, ABBATIS S. BENEDICTI PROPE STRIGONIUM, E. METR. STRIG. CANONICI ET ARCHIDIACONI CATHEDRALIS,

EM. AC. R. D. CARD. PRINCIPIS PRIMATIS ET A. EP. STRIGONIENSIS IN SPIRITUALIBUS VICARII,

I. ORD. LEOPOLDI IMP. CORONAE ITEM FERREAE III. CLASSIS EQUITIS SS. THEOL. DOCTORIS COLLEGATI etc. etc.

MAECENATIS DE JUVENTUTE PATRIA ET PATRIIS LITTERIS LONGE MERITISSIMI,

QUUM QUA SCRIPTOR ET LITTERATURAE HUNGARICAE INSIGNIS PROMOTOR

ANNUM 50. STRIGONII JUBILANS AGERET,

A SCHOLIS PIIS NITRIENSIBUS

D. D.

DIE 20. SEPT. 1885.

NITRIAE, TYPIS SCHEMPEK et HUSZÁR.

Præludium.

Haec longa sacro crevit in otio
Nutrita scriptis vita laboribus,
Et praeparavit Jubilanti
Laetitiam Stephano fruendam.

—

Quam pulchrum est digito monstrari et dicier:
Hic est.

Persius Sat. I.

BIBLIOTHECA E.M.





it longa scriptis vita laboribus,
Integra cui mens, Religio, fides
Et charitas complexa plebem
Conciliant decus aeviternum.

Aeterna libri nomina Tullii
Flacci, Platonis, Vergilii ferunt,
A saeculis nobis velustis
Tradita, mente, animo colenda.

Bis quinque lustris in variis libris
Lectum, probatum Te colit Hungarus,
Morumque leges discit a Te,
Et fidei patriaeque amorem.

O quanta plebi lux fuit a tuis
Prognata scriptis! Quot iuvenes, senes
Hinc hauserant praecepta vitae,
Atque vias melioris aevi!

Hinc vivis horum pectore cordeque,
Altaque vives mente reconditus,
Qui Nestorem Te Jubilantem
Istrograna celebrant in urbe.

Et iam tuarum lumina cernere
Virtutum in alma poscit imagine,
Jam Jubilantem litterarum
Quisque videt meritis coruscum.

Hinc fida dicit nuncia temporum:
„Hic Ille Majer, cui Moesonok dedit 1818.
Aura frui — Coeli favore —
Aetherea rutiloque sole.

Quos nempe ad altas Matris ab ubere
Res praeparavit coelipotens Deus,
Illis viam sternit, suamque
Tendit opem teneris ab annis.

Sic educandus progrederis basim
Ad praeparandam rite scientiis,
Et crescis in spes litterarum
Istrograni Benedicti in aede.

Hic explicandae panditur optimae
Et muniendae legibus indoli
Campus, basi iacta vocaris
Ecclesiae ad lucra sancta Mystes. 1830.

Imbutus omni namque scientia,
Incumbis omni pectore patriae
Linguam ad colendam, litterisque
In patriis nova lucra quaeris.

Nec defuerunt parta laboribus
Optata, zelo dignaque praemia
In litterato namque plena
Gloria, laus tua crevit orbe.

Testantur haec, quos edideras libros
Et scripta, volvit quae populus manu.
O quanta largo derivata
In populum hoc bona fonte manant!

Vix namque Te sors Istrogranum tulit,
Desit fideli quid populo vides,
